Καὶ γὰρ σοῦ μεστοὶ μὲν ὁδοὶ, μεστὴ δὲ θάλασσα,
Καὶ λιμένες, πάντων δέκτρια γραμματική.

Nam fora plena tui, plenae sunt aequoris undae,
Et portus, altrix optima Grammatica.

XXIII.

Eis dysōdeis.

ΔΑΙΜΟΝΑ πολλὰ λαλῶν ὀζοστόμος ἐξορμιστὴς,
Ἐξέβαλ' οὐχ ὄρκων, ἀλλὰ κόπρων δυνάμει.

In foetidos.

EXORCISTA olidus fugitat dum daemona, verbis
Eiicit haud illum, sed feritate gulae.

XXIV.

Eis dysōdeis.

ΟΥΤΕ χίμαιρα τοιοῦτον ἔπνει κακὸν ἢ καθ' Ὅμηρον,
Οὐκ ἀγέλη ταύρων (ὥς ὁ λόγος) πυρίπνους,
Οὐ Λῆμνος σύμπας, οὐχ ἀρπυιῶν τὰ περισσὰ,
Οὐδ' ὁ Φιλοκτῆτου πᾶς ἀποσηπόμενος.
Ὡστε σε παμψηφεὶ νικᾶν, Τελέσιλλα, χιμαίρας,
Σηπεδόνας, ταύρους, ὄρνεα, Λημνιάδας.

In foetidos.

NON oluit peius Smyrnaeo nota Chimaera
Carmine, nec flammās qui vomuere boves.
Nec Poeantiadae putre crus, nec foetida Lemni
Ora, nec, Harpyiae quas tetigere, dapes.
Iudice sub quovis vincis, Telefilla, Chimaeras,
Et pariter tauros, Lemnidas, ulcus, aves.

XXV.

In *Antholog.* L. II, c. 40,
Luciano & hoc adscriptum.

ΠΟΙΗΤΗΣ ἐλθὼν εἰς Ἴσθμια πρὸς τὸν ἀγῶνα,
Εὐρὼν ποιητὰς, εἶπε παρίσθμι' ἔχειν.
Μέλλει δ' ἐξορμᾶν εἰς Πύθια· καὶ πάλιν εὖρη,
Εἰπεῖν οὐ δύναται, καὶ παραπύθι' ἔχω.

Interprete I. F. REITZIO.

ΙΣΤΗΜΙΑ delatus miser ad certamina vates
Inveniens socios, dixisse *parissthmia*, fertur,
Praecludunt fauces. Ad Pythia devenit idem,
Dicere non habuit, *parapythia* me male vexant.

XXVI.

Ex *Anthol.* L. II, c. 43.

Εἶπε μοι εἰρομένῳ, Κυλλήνιε, πῶς κατέδυε
Λολλιανοῦ ψυχὴ δῶμα τὸ Φερσεφόνης;
Θαῦμα μὲν, εἰ σιγῶσα· τυχὸν δέ τι καὶ σὲ διδάσκειν
Ἦβеле' Φεῦ, κείνου καὶ νέκυν ἀντιάσαι.

Interprete eodem.

QUAESO hoc quaerenti mihi dic, Cyllenie, qualis
Lolliadae Stygiam venerit umbra domum?
Mirum si siluit, te nil voluitque docere,
Miror nil, hanc si quaelibet umbra fugit.

Ex Anthol. L. II, c. 47, 37.

ΤΟΝ τοῦ δειπναρίου νόμον οἶδατε· σήμερον ὑμᾶς,
 Αὔλε, καλῶ καινοῖς δόγμασι συμποσίου.
 Οὐ μελοποιὸς ἐρεῖ κατακείμενος· οὔτε παρέξεις,
 Οὐδ' ἕξεις αὐτὸς πράγματα γραμματικά.

Interprete eodem.

SI cupitis coenae leges cognoscere nostrae;
 Vos hodie invito legibus, Aule, novis.
 Non recubans lecto cantabit carmina vates,
 Grammaticis nugis nemo molestus erit.

XXVIII.

Eis βρέφη.

ΠΑΙΔΑ με πενταέτηρον ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντα
 Νηλεΐης αἰδοῦς ἤρπασε Καλλίμαχον.
 Ἄλλὰ με μὴ κλαίοις. καὶ γὰρ βιότοιο μετέσχον
 Παύρου, καὶ παύρων τῶν βιότοιο κακῶν.

In Infantes. Interp. GROTIUS.

ME puerum nullis oneratum pectora curis
 Quinquennem rapuit mors fera Callimachum.
 Ne me flere tamen: fluxit mihi tempore parvo
 Vita: sed & vitae sunt mala parva meae.

XXIX.

Εἰς ἄγαλμα Ἠχοῦς, ὡς παρὰ τοῦ Πανός.

Ἦχῳ πετρήεσαν ὄρας, Φίλε, Πανὸς ἐταίρην,
Ἀντίτυπον Φθογγὴν ἔμπαλιν ἀσομένην,
Παντοίων στομάτων λάλον εἰκόνα, ποιμέσιν ἡδὺ
Παίγιον, ὅσσα λέγεις, ταῦτα κλύων, ἅπιθι.

In statuam Echūs, tanquam a Pane.

ΣΑΧΑ colens Echo datur hic tibi, Panos amica,
Extremos tantum docta referre sonos.
Gaudia pastorum, cuiuslibet oris imago,
Audito, quantum voce sonabis, abi.

XXX.

Εἰς ἄγαλμα Ἀφροδίτης, τῆς ἐν Κνίδῳ.

ΤΗΝ Παφίην γυμνὴν οὐδεὶς ἴδεν, εἰ δέ τις εἶδεν,
Οὗτος ὁ τὴν γυμνὴν στησάμενος Παφίην.

In statuam Veneris, quae est in Cnido.

NULLI nuda Venus visa est, puto. Si tamen ulli,
Visa viro, nudam qui dedit hanc Venerem.

XXXI.

Εἰς τὸ αὐτό.

ΣΟΙ μορφῆς ἀνέθηκα τῆς περικαλλέος ἄγαλμα,
Κύπρι, τῆς μορφῆς Φέρτερον οὐδὲν ἔχων.

In idem.

ΑΙΜΑ Venus, tibi sacro tuam sub imagine formam:
Pulchrius hac potuit nil tibi, Diva, dari.

Ex Anthol. L. IV, 12, N. 90.

Eis ἕτερον Πρίηπον.

Εἰς τὸ κενόν με τέθεικε νόμου χάριν ὧδε Πρίηπον
Εὐτυχίδης, ξηρῶν κληματίδων Φύλακα.
Καὶ περιβέβλημαι κρημνὸν βαβύν. ὃς δ' ἂν ἐπέλθῃ,
Οὐδὲν ἔχει κλείψαι πλὴν ἐμὲ τὸν Φύλακα.

Interprete I. F. REITZIO.

IN cassum Eutychides posuit me ex more Priapum,
Palmitibus siccis invigilare iubens.
Alto sum cinctus barathro. Qui venerit hucce,
Me vigilem abstulerit, praetereaue nihil.

XXXIII.

Ἀπὸ γυναικῶν.

ΕΛΛΑΔΑ νικήσασαν ὑπέρβιον ἀσπίδα Μήδων,
Λαῖς θῆκεν ἑὼ κάλλει ληϊδίην.
Μούνα ἐνακήθη ὑπὸ γήραϊ, καὶ τὸν ἔλεγχον
Ἄνθετό σοι, Παφίη, τὸν νεότητι φίλον.
Ἦς γὰρ ιδεῖν στυγέει πολίτης παναληθέα μορφήν,
Τῇσδε συνεχβαίρει καὶ σκιάοντα τύπον.

De Mulieribus. Interp. GROTIUS.

QUAE fera scutiferi devicerat agmina Medi,
Laïdi formosae Graecia praeda fuit.
Hanc quoque devicit senium: nunc dat tibi, Cypri,
Iudicium hoc, facies quod iuvenilis amat.
Quippe suos adeo formidat visere canos,
Ipſa facit, vitro quae datur, umbra metum.

XXXIV.

Ἀπὸ ναυηγῶν.

ΓΛΑΥΚΩ, καὶ Νηρεΐ, καὶ Ἴνοϊ, καὶ Μελικέρτῃ,
 Καὶ βυβίῳ Κρονίδῃ καὶ Σαμόβρηξι Θεοῖς,
 Σωθεῖς ἐκ πελάγους Λουκίλλιος ὥδε πέκαρμαι
 Τὰς τρίχας ἐκ κεφαλῆς· ἄλλο γὰρ εὐδέν ἔχω.

De Naufragis.

GLAUCE, tibi & Nereu, Matutaeque & Melicertae,
 Saturnoque, Sami Threïciaeque Deis,
 Sospes ab infano Lucillius aequore, crines
 Tondeor hic: aliud quippe ego nil habeo.

EPIGRAMMATA
LUCIANI OMISSA

*Ex Anthologia, quae e Codicibus ipsi nunc primum
vindican-
t-
ur.*

I.

Ex Anthol. L. II, p. 129 ed. Steph.

ΕΝ πᾶσιν μεθύουσιν Ἀκύνδυνος ἤθελε νήφειν,
Τοῦνεκα καὶ μεθύειν αὐτὸς ἔδοξε μόνος.

Ita hoc & sequentia vertit *H. GROTIUS*.

SOBRIUS in potis dum quaerit Acyndinus esse,
Solutus ab his potus cur habeatur, habet.

II.

Ibidem.

ΕΣΒΕΣΕ τὸν λύχνον μῶρος ψυλλῶν ὑπὸ πολλῶν
Δακνόμενος, λέξας, Οὐκ ἔτι με βλέπετε.

LUMEN ut exstinxit vexatus pulce multo
Morio, iam me non invenietis, ait.

III.

Ibidem.

ἮΝ ἐσιόης κεφαλὴν μαδαρὰν, καὶ στέρνα, καὶ ὤμους,
Μηδὲν ἐρωτήσης, μωρὸν ὁρᾷς Φαλακρόν.

Si caput absque pilis, humerosque & pectora cernas,
Dicere ne dubites, calvus hic & fatuus.

IV.

Anthol. L. II, p. 135.

ΤΗΝ κεφαλὴν βάπτεις, γῆρας δὲ σὸν οὔποτε βάψεις,
Οὐδὲ παρειῶν ἐκτανύσεις ρυτίδας.
Μὴ τοῖνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ κατάπλῃττε,
Ὡστε προσωπεῖον, κ' οὐχὶ πρόσωπον ἔχειν.
Οὐδὲν γὰρ πλέον ἐστί. τί μαίνειαι; οὔποτε Φῦκος
Καὶ ψιμυθος τεύξει τὴν Ἑκάβην Ἑλένην.

TINGE comas, si vis: tingi negat ipsa senectus;
Nec dabitur rugas explicuisse genis.
Parce, precor, vetulum cerussa pingere vultum:
Personam videor cernere, non faciem.
Stulta, labor totus perit hic tibi: fucus, & omne
Hoc genus ex Hecuba non facient Helenam.

V.

Anthol. L. II, p. 142.

ΟΥΔΕΠΟΤ' εἰς πορθμεῖον ὁ κηλῆτης ἐμβαίνει,
Μέλλων εἰς τὸ πέραν ἀπιέναι Διοφῶν.

NAVI nil opus est Diophanto, ut transeat amnem,
Implet enim turgens hernia navis opus.

Τῆς κήλης δ' ἐπάνωθι τὰ φορτία πάντα τεθεικώς,

Καὶ τὸν ὄνον, διαπλεῖ σινδόν' ἐπαράμενος.

Ὡστε μάτην Τρίτωνες ἐν ὕδασι δόξαν ἔχουσιν,

Εἰ καὶ κηλήτης ταῦτ' οὐ ποιεῖν δύναται.

Huic nam sarcinulas ipsumque imponit asellum,

Et sinuosa levans lintea transit aquas.

Frustra se iactant igitur Tritones in undis,

Cum Diophas magno ramice praestet idem.

VI.

Ibidem.

Ὅ γρυπὸς Νίκων ὁσφραίνεται οἴνου ἄριστα,

Οὐ δύναται δ' εἰπεῖν οἷος ἂν ἦ ταχέως.

Ἐν τρισὶν ὥραις γὰρ θεριναῖς μόλις αἰσθάνετ' αὐτὸς,

Ὡς ἂν ἔχων πηχῶν ῥῖνα διακοσίων.

Ὡ μεγάλου μυκτῆρος, ὅτ' ἂν ποταμὸν διαβαίῃ,

Θηρεύει τούτῳ πολλάκις ἰχθύδια.

OLFACIT egregie nasatus pocula Nicon,

Sed cito fit vinum dicere quale nequit.

Nam tribus aestivis vix ipse id percipit horis,

Bis centum quoniam nasus it in cubitos.

Egregius nasus, qui si quem forte per amnem

Ducat iter, pisces non semel ipse capit.

VII.

Anthol. L. II, p. 146.

ΖΩΓΡΑΦΕ, τὰς μορφὰς κλέπτεις μόνον· οὐ δύνασαι δὲ
Φωνὴν συλῆσαι χρώματι πειβομένην.

SURRIPIS, o pictor, formam: at vox sola recusat

Artificis dextram victa colore sequi.

VIII.

Anthol. L. II, p. 171.

ΘΑΥΜΑΖΕΙΝ μοι ἔπεισιν, ὅπως Βύτος ἐστὶ σοφιστὴς,
Μήτε λόγον κοινὸν, μήτε λογισμὸν ἔχων.

MIRAMUR, rhetor qui factus sit Bytus, is quem
Communis sensus deficit & ratio.

IX.

Ibidem.

ΘΑΤΤΟΝ ἔην λευκοὺς κόρακας, πτηνάς τε χελώνας
Εὐρέην, ἣ δόκιμον ῥήτορα Καππαδόκην.

ALBUS erit corvus prius, & testudo volabit,
Quam doctum videas rhetora Cappadocem.

X.

Anthol. L. II, p. 186.

ΠΟΛΛΑΣ μυριάδας ψηφίζει Ἀρτεμίδωρος,
Καὶ μηδὲν δαπανῶν, ζῇ βίον ἡμίωνων,
Πολλάκις αἰ χρυσοῦ τιμαλφέα φόρτον ἔχουσαι.
Πολλὸν ὑπὲρ νώτου, χόρτον ἔδουσι μένον.

ARTEMIDORUS habet, decies quod computet, & nil
Erogat: haud aliter vivere mula solet,
Baiula quae multo cum sudet pressa sub auro
Tam pretiosa gerens pondera, gramen edit.

XI.

Anthol. L. II, p. 188.

Εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα δοκεῖ σοφίαν περιποιεῖν,
Καὶ τράγος ἐν πώγων, εὐστολὸς ἐστὶ Πλάτων.

Si promissa potest sapientem reddere barba,
Barbatus poterit iam caper esse Plato.

XII.

Anthol. L. II fin. f. p. 189.

Τοῦ πωγωνοφόρου κυνικοῦ τοῦ βακτροπροσαίτου
Εἶδομεν ἐν δείπνῳ τὴν μεγάλην σοφίην.
Θέρμων μὲν γὰρ πρῶτον ἀπέσχετο καὶ ραφανίδων.
Μὴ δὲν δουλεύειν γαστρὶ λέγων ἀρετὴν.
Εὖτε δ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἶδεν χιονώδεα βολβὸν
Στρυφὴν, οὐ πιπυτὸν ἤδη ἔκλεπτε νόον.
Ἡΐτησεν παρὰ προσδοκίαν, καὶ ἔτρωγεν ἀληθῶς.
Κοῦδὲν ἔφη βολβὸν τὴν ἀρετὴν ἀδικεῖν.

MENDICI quae sit Cynici sapientia, (barba
Quid facit aut baculus,) coena videre dedit.
Caulibus abstinuit primo tenuique lupino;
Nam virtus ventri non famulatur, ait.
At postquam vulvam vidit niveamque bonamque,
Clam vires animi noluit esse sui.
Nam nec opinato petiit, vereque comedit:
Virtuti vulvam posse nocere negans.

XIII.

Ibidem.

ΜΙΣΟΠΤΩΧΕ θεὰ, μούνη πλούτου δαμάτειρα,
 Ἦ τὸ καλῶς ζῆσαι πάντοτ' ἐπισταμένη.
Εἰ δὲ καὶ ἀλλοτρίοις ἐπιυζομένη ποσὶ χαίρεις,
 Ὅπλοφορεῖν τ' οἶδας, καὶ μύρα σοι μέλεται.
Τέρπει καὶ στέφανός σε, καὶ Αὔσονίου πόμα Βάκχου.
 Ταῦτα παρὰ πτωχοῖς γίγνεται οὐδέποτε.
Τούνεκα καὶ Φεύγεις πενίης τὸν χάλκεον οὐδὸν,
 Τέρπη δ' εἰς πλούτου πρὸς πόδας ἐρχομένη.

MENDICOS fugiens, domitrix Dea divitiarum,
 Exemplum vitae quae potes esse bonae.
 Alterius pedibus nam quamquam incedere gaudes,
 Sunt unguenta tuis crinibus, arma manu.
 Serta nec, Ausonii nec defit copia Bacchi,
 Mendici praeber qualia nulla domus.
 Unde & egestatis furiosum limen abhorres,
 Ad dominique venis in lare dite pedes.

XIV.

Ex Cod. Vaticano.

ΠΟΛΛΑΚΙΣ οἶνον ἔπεμψας ἐμοὶ, καὶ πολλάκις ἔγνων
 Σοὶ χάριν, ἡδυπότῳ νέκταρι τερπόμενος.

Sic vertit D'ORVILLIUS.

ΣΑΕΡΕ merum mihi misisti, gratesque peregi,
 Sparfus nectarei pectora rore meri.

Νῦν δ' εἵπερ με φιλεῖς, μὴ πέμψης· οὐ δέομαι γὰρ
Οἴνου τοιούτου, μηκέτ' ἔχων θρίδακας.

At mihi ne mittas posthac, rogo. Quo mihi acetum?
Lactucis & qui caulibus abstineam.

Est etiam aliud Epigramma ineditum, Luciano adscriptum;
sed quo chartam conspurcari nolim. Sic primum disti-
chon se habet:

Αἱ τρίσσαι τοι ταῦτα τὰ παίγνια θῆκαν ἑταῖραι,
Κύπρι μάκαρ', ἄλλης ἄλλη ἀπ' ἐργασίης.

VARIAE LECTIONES
ET
ANNOTATIONES



VARIAE LECTIONES

IN TRAGOPODAGRAM.

*Pag. 2. v. 10. Βροτοῖς) Fl. uti Boiv. em. Βροτῶν cett. v. 18. Ἰχῶρι &c.) ἰχῶρ ὁ φανλὸς καὶ πικρὸς χυμὸς Pell. v. 19. Πνεύματι) πνευμά τε βίαιον τὸ δε Pell. *ibid.* Τῷδε) τὸ δε Guy. v. 20. Ἔστηκε) ἔτηξε, καὶ δεδυκὸς Pell. *ibid.* Μερυκὸς) μερυκὸς Fr. *Pag. 3. v. 24. Σικελὸς) Σικελικὸς Fl. v. 25. Κυματούμενος) πυματ- male P. v. 26. Σήραξι) Sic Guy. & B1. recte. Σήραξι cett. v. 30. Κυβήβης) Ex V2. receptum. Κυβήβης P. S. Amst. Κυβήβης I. H. Fl. B. Fr. peius. v. 32. Ἀττει) Ἀττη Fl. v. 34. Οὔρεα) ὄρεα Fl. v. 36. Δ') Delet Guy. recte. v. 38. Εὐὰν) ἐν Guy. v. 39. Βρίδουσα) Ἀν βριμού; Pell. *Pag. 4. v. 41. Ἀὐτὴν) ἄττη edd. v. 47. Δένδρεα) δένδρα Guy. *ibid.* Προαῖς) προαῖς corrigit Gavel. recte. v. 49. Ἀδῆ) ὄτε Guy. v. 51. Νύκτερος) νυκτέροις Guy. v. 53. Γῶις) γῶσ Guy. v. 55. Λελογχῶς) λελογχῶς male Fl. *Pag. 5. v. 57. Τε βαῖον) βέβαιον Guy. & Pell. v. 59. Λεῖτε) λίτε Guyet. v. 63. Φάσι) φάος Guyet. *Pag. 6. v. 73. Νομῶντες) νομῶντες S. & B. 4. v. 75. Τίνα) τίτι Pell. v. 76. Γεραῖρουσιν) Bene Pell. Γεραῖρουσι edd. v. 78. Βακχίων) Βακχίων Guyet. Βακχίῳ Fl. Βάκχιον marg. A1. v. 83. ΧΟΡ.) Omisit I. & V2. Habent Fl. P. aliaequae. *Pag. 7. v. 88. Ἀπ') ἀπ' edd. sine accentu. v. 90. Ἄλιος) ἄλοις Pell. v. 102. Φάος) χάος Boiv. *Pag. 8. v. 108. Ἐγέλασεν) ἐγέλασεν edd. priores. v. 111. Εὐολβος) Guyet. Pell. & Schmid. Ἐρολβος edd. male. v. 113. Λάβρον προσχόμεν) πρόσχμεν Guyet. v. 115. Πολυκρότοις) πολυκρότοισιν Guyet. male. v. 116. Σιτούμεθα) σιτούμεθα I. σιτούμεσθα Guyet. Quod edidimus; est in Fl. P. &c. v. 117. Ὅτε) ὁπότε G. *Pag. 9. v. 119. Τότε) τότε τότε Guyet. recte conicit. v. 120. Δεδυκὸς) διαδεδυκὸς Guyet. v. 121. Μηρούς) ἥδ' ἢ μηρούς Guyet. & Pell. v. 122. Κόρωνα) κόχωνα Guyet. v. 124. Ἀποφυγεῖν) ἀπεκφυγεῖν vel ὑπεκφ— Guyet. v. 125. Ἀρα) ἄρα edd. v. 126. Τοι γὰρ ἡκέτω) ἡκετο τοι γὰρ Guyet. & Pell. invertunt,********

v. 129. Μῆν) Delet Guyet. v. 131. ἥδ'η Guyet. Nil mutat Fl. *ibid.* Κλινοχαρῆς) ἡ κλιν. Pell. v. 132. Στρηζομένη) Novum hic versum incipit Pell. vid. not. Pag. 10. v. 139. Ἀτμῆς) ἀτμῆς Fl. v. 147. Ἀεὶ) αἰεὶ Ienf. recte. Nihil mut. Fl. Pag. 11. v. 154. Ἐφθόν) ἐφθόν Iunt. v. 155. Βολβούς) βώλβους eadem. *ibid.* Σίδια) σίδεδια Guyet. v. 158. Κικίδα) κηκίδα Guyet. v. 159. Ἀπέφθου) ὑπέφθου male Fl. Pag. 12. v. 166. Ὅστᾱ) Lege ὁστέα. v. 169. Ὅκτῶ) ἐπτα τὸ δέδι' ὁκτῶ, vult Guyet. & Solan. Et si nihil mutat. Fl. v. 171. Ἐπ' αἰοδαῖς ἐπιδετῶν) Ἀπ' ἐπαοιδαῖς περιάπτων; Guyet. v. 172. Μῶρον) μῶρον B1. 2. & 4. v. 173. Ἐλλαβε) Recepi ex Guyet. & Ienf. Ἐλαβε edd. *ibid.* Κράνης) κρανείας G. male, si ἔλλαβε receperis. Ὠράνης Schmid. v. 174. Οἰμῶζειν) οἰμῶζειν I. male. v. 178. Ἥπιον) ἡππιον male P. H. Pag. 13. v. 183. Ὅτε) ὅταν Fl. ad versum elegantius. Ὅτ' ἐπὶ τὰ λ. Guyet. v. 184. Ὅμηρος εἶπεν) Sic restitui. Εἶπεν Ὅμ. inverse edd. Εἶπ' ἥδ' Guyet. (Ἦν εἶπεν Ὅμηρος, ἥδ' εἰμ' ἐγὼ S. & B. 4.) v. 191. Πουλυσθενές) Guyet. recte. Πολυσθ. edd. v. 192. Κλύε) Sic Guyet. & Schmid. Κλύε edd. Nam prima est brevis. v. 195. Βαθείης) βαθείης Guyet. Pag. 14. v. 198. Κωλυσοδρόμα) κωλυσιδρόμα Guyet. v. 200. Δοιδυκοφάβα) Sic Guyet. & Pell. Δοιδυκοφάβα, media longa I. Fl. H. P. S. &c. Δοιδυκοφάβα Amst. v. 201. Περικοנדυλ.) πυρικοנדυλ. Guyet. v. 211. Τόδε) Omisit Fl. v. 213. Οὐκ ἔτ' ἐστὶ) Ex emendatione Solani. Οὐκ ἔστι edd. plurimae. Οὐκ ἔτι Fl. at omisso ἐστὶ. Οὐκέτ' ἔ. Guyet. Pag. 15. v. 215. Συνοχμάσας) Recte pleraeque. Συνοχμ. male I. v. 221. Ζύλων) ζύλον I. v. 226. Ὄξέσιν) Restitui ex Pell. Ὄξέσι edd. *ibid.* Λίδων) Bene I. B. H. S. Λίδων P. Pag. 16. v. 231. Ἐκλυομένῳ) ἐκλευμ. I. Gav. v. 234. Ἐρθεν) ἐρθενδς Guyet. *ibid.* Δε ἐκείθεν) Sic Solan. cum Ienf. Δ' ἐκείθεν edd. Τὰ κακείθ Pell. v. 235. Ἐσπερχεν) Recepi ex Pell. pro vulgato ἔσπερχε. v. 237. Εἰσόδου) Εἰς ὁδοῦ Pell. Εἰς ὁδὸν Guyet. Vulgato favet Fl. *ibid.* Πέζαν) Et sic Fl. cum I. P. &c. v. 241. Τῇ δὲ) Ita bene P. B1. aliaeque vet. Tῆδς aliae minus accurate. v. 243. Ἐστοῶ) ἔσται malit I. Gavel. Pag. 17. v. 251. Ἐκλήιζτο) κληίζετο Guyet. recte. Nil mut. Fl. v. 255. Πληισθένης) Πλησθένης edd. hac priores. v. 260. Λαερτιάδην Ὀδ.) Λάρτιον τὸν Ὀδυσσεῖα Boiv. Pag. 18. v. 264. Σύροι) ἱατροὶ Guyet. v. 267. Τόδε) Δε tantum Fl. male. v. 271. Λοισδία) Λοισδία Guyet. Pag. 19. v. 285. Πικρὸν) Recepi ex Boiv. Πικρὼν edd. *ibid.* Βάθος) πάθος Guyet. bene, & in-

vitis edd. recipiendum. v. 287. ΠΟΝ.) ΠΟ. edd. male. BA. B1. 2. (& 4.) Pag. 20. v. 302. Τis) Sic edd. male. Τis Guyet. Τis μ' Gavel. Pag. 21. v. 311. Ηρισε) Recte Guyet. Ηρισεν edd. priores prave. v. 314. Ψαίρει) Ψάλλει S. & Amst. solae. ibid. Πίτυς) Sic Fl. I. V2. Ald. Fr. P. B1. 2. 4. Η. Πύθιος S. & Amst. v. 317. Μαιονία δ' 'Αρ.) Μαιονίδ' αρ. Schol. ibid. 'Ερ) Restitui cum Guyet. Eis edd. pessime. v. 321. Φέροις) φέρεis Fl. v. 322. 'Ανώδυνον) ἥδ' ἀνώδ. Guyet. male, nisi tum ἀνώδυνον scribas. v. 323. Εὐληκτον) Lego εὐλεκτοντ'. Er. Schmid. v. 325. Μελέται) μελέτη Boiv. Pag. 22. v. 327. Συγχαύκλαιοι) σύγκληροι Guyet. & Pell. & λήσεσθε initium faciunt versus sequentis. v. 329. Εὐρεν) εὔρε Pell. Sed & sic versus claudicat, nisi θεος monosyllabum fiat.

I N O C Y P U M.

Pag. 23. l. 14. Δδ) Abest a B. 4. Pag. 24. v. 5. 'Τπ' ἐμοῦ) ἡμείων ὑπο Guyet. v. 6. 'Ατρεκῇ) ἀτρεκαί I. T' ἀτρεκα Guyet. v. 9. 'Ενσεσεικῶς ἦ) ἐνσεσεικῶς, ἦ edd. sine sensu. Rationem emendationis vid. in notis. ibid. Προκῆλας) προσκῆλας Guyet. Ἦγε προσκ. Boiv. v. 13. Καί τότε) καί τοι Pell. Pag. 25. v. 16. Εἰμι τούτου) τοῦ δ' εἰμι Pell. v. 24. Δόλων) Δόλον Guyet. ut cohaereat δόλον φρονεῖ. v. 25. Μέσι) μ' ἐτι Guyet. Nihil mut. Fl. I. Fr. P. Εἶν' ἡμᾶς Pell. Pag. 26. v. 33. Κλεψίχολον) Emendavi ex Guyet. & Fl. Κλεψίχολον male cert. ibid. Ἰχθυεμένον) ἰχθυεμένον Guyet. Ἰχθυεμένον Schmid. v. 34. Προσέρχεται) προέρχ. Guyet. v. 37. Τείνω) τείνει Guyet. Sed & τείνων legi posset. v. 38. Λέγειν) στέγειν Guyet. v. 42. ΩΚΤΠ.) In Fl. spatium est. In l. omissum etiam. Additum in P. H. B1. &c. v. 44. Παισιν) παῖς ἐστ' Guyet. Pag. 27. v. 46. Μῶρε) Sic B1. 2. (& 4.) Μῶρε I. Fl. Ald. Fr. H. P. S. ibid. Με) μοι Fl. v. 48. 'Εστίν) Recepi ex Fl. 'Εστὶ cert. v. 49. Πείθου) Recte sic B1. 2. V2. P. S. Personam ΩΚ. male praefigunt I. Ald. Fr. H. In Fl. spatium est, quo personar. nomina designantur. ibid. Τὸ πῆρας) τὰς χεῖρας Guyet. Τὸ χεῖρ' ἂν Pell. Τὸ γῆρας Boiv. v. 50. 'Ο νέος) ὡς νέος male Fl. v. 55. Προπλθε) προσπλθε Guyet. & Pell. v. 57. 'Εστειλα) ἐσφηλα Guyet. Forf. ἔτεινα, vel ἔτειλα. v. 58. 'Ος τις) Ita Fr. P. B1. 2. H. 'Ως τις Fl. I. Ald. S. ibid. Εἶπον, ἦ) εἶπον, δε Pell. (cum

S.) v. 61. Βαλεῖν) βάλλειν Guyet. & Pell. *Pag.* 28. v. 62. Ἴνα) ἦν Guyet. v. 63. Ψευδολογῶν) Bene S. *Ald.* cum *Fl.* Ψευδολογῶν *I. B1. H.* Ψευδολογῶν male ad quantitatem *P.* v. 66. Ἀπαντα) ἀπαντας *Fl.* v. 67. Ἐλελίξας) ἐλίξας Guyet. v. 70. Γὰρ ὦν) ὦν γὰρ Guyet. *Pag.* 29. v. 79. Οὔνομ') ὄνομ' Pell. melius. v. 81. Κούχ) Bene *Fl. P.* aliaque. Κούχ male *I.* v. 82. Παθών;) μαθών; *Fl.* v. 83. Γὰρ) Delet Boiv. v. 91. Κατακνίσω) κατακνίσω corrigit Gavel. v. 92. Μοι) τοῦτο Guyet. omisso μοί. Μοι τόδε Pell. *Pag.* 30. v. 96. ΙΑΤ.) Omisit *I.* non *Fr. P. B1. &c.* In *Fl.* spatium est. v. 99. ΤΡΟΦ.) ΙΑΤ. *B1.* male. At *B2. Tro.* cum *Fr. I. P. H. &c.* recte. v. 100. Σιδηρόσπαρτον) σιδηρόκαρτον Guyet. v. 102. Ἀκήκας ἔργων) Sic *B. P. Fl.* Ἔργων ἀκήκας Pell. aliaque edd. v. 105. Ἥλθεν) ἦλθε *Fl.* v. 107. Κλίνης) Ita *Fl.* cum *I. P. H. B1. &c.* Κλίνην *Amst. & S.* v. 109. Πάντα φόβον λαβεῖν) πάντας φόβος λάβεν Guyet. *Pag.* 31. v. 116. Βάζων) βάζων ὡδὲ πῶς Pell. v. 119. Αἰεῖ) Ex emendat. *I. Gavel.* Ἀεῖ male edd. pristinae. *Pag.* 32. v. 130. Ἀκμήν) ἀκμῆς Pell. *ibid.* Εἷς) εἷς, ἴσως *L.* v. 132. Δακρύσεις) Pell. ita recte. Δακρύεις edd. v. 134. Κλήζεται) Sic Guyet. recte. Κληίζεται edd. ante. v. 136. Γέρον) γέρων *B1. 2. (& 4.) Pag.* 33. v. 144. Μοι) Restitui ex *I. & Fl.* Σοι cett. male. v. 145. Κάχωριστον π. ἦλθες) ἦλθες ἀχ- πόνον Guyet. ἦλθες πόνον ἀχ- Boiv. v. 146. Πόνον) βίου *Fl.* Si βίου haberet, reciperem. (Πόνων *B. 4.*) v. 147. Ἦς) *I.* ἦς male. Ἦν Guyet. abiecto ἄν. v. 150. Εἰσηλθεν) εἰσηλθε *Fl.* non recte. v. 151. Μοι) Ita correxit Solan. Ms edd. priores. v. 152. Ὅλος) Sic *P. Fl. H1. Ὅλος I. B1. 2. (4.) Ald. Fr. S. Amst. Pag.* 34. v. 166. Κάκην) κακὴν edd. priores. v. 168. Αἰ, αἰ) αἰ, αἰ accentu gravi *Fl.* Dubie *H. Ald. B1.* cum acuto *I. P. Fr. S. Pag.* 35. v. 172. Ἰδού σοι) Ita *Fl. Fr. H. P. Ald.* Ἰδούσι *I. Ἰδού, σοι B1. 2. (4.)* interposito commate.

IN EPIGRAMMATA.

II. v. 1. Θήρων) Bene edd. Anthol. & S. ed. Luciani (cum *B. 4.*) Τήρων male *P.* v. 4. Τειρόμενον) Sic *P. (B. 4.) & Anth. Τειρόμενον* ed. S. Luciani male. v. 7. Ἐλπίδας) Sic quatuor edd. (& *B. 4.*) Anthol. Ἐλπίδα edd. Luciani. v. 11. Τὸ δεύτερον) τοδεύτερον Anthol. hic & μοχ.

VII. ν. 2. Λέγοιτο) γένοιτο Cod. alter.

IX. ν. 2. Θεούς) θεόν Vatic. & alii Codd. Anthol.

X. ν. 4. Πλείονα βλαπτόμεθα) πλείονας βλάπτομεν Cod. Vat. corrupte.

XI. ν. 2. Μύθον) λόγον Codd. quidam ex glossa.

XII. ν. 3. Τόνδε) τὸν δὲ Anthol. ed. *Fr. & Steph.* ν. 5. 'Εν) Rescripsi ex Anthol. pro εὖ, quod *P. Luciani* ed. cum *S. (& B. 4.)* habet. ν. 6. Αἰεὶ) αἰεὶ ante lectum male. *Αἰεὶ* Cod. Vat. recte. ν. 7. Σύμβλοις) Ita reposui ex Anthol. pro σύμβλοις, quod *Luciani* ed. *P. S. (& B. 4.)* male occupat. 'Εν pro ἐν male Vat. In quo σύμβλοις tamen recte. ν. 8. Δρεπομένων) δρεπομένων male Vat.

XIV. ν. 1. Μὴ πταίον) εὐ πράττων Vat. ν. 2. Σου) σευ Anthol. ed. *Fr.* p. 163, & Vat. Cod. melius. ν. 3. 'Αρ) ἢν alii, & Var. *ibid.* Οὐδέεις) οὐδ' εἰς quidam Codd. ν. 4. Τε) Abest in nonnullis Codd. vid. nott.

XV. ν. 3. 'Καταπαύσει) καταπαύει Vat. male.

XVI. ν. 1. Μέγ') Restitui ex Anthol. I, c. 87. Μετ' *P.* male cum *S. (& B. 4.)* ν. 2. 'Εφελκομένην) ἐφελκομένη Vat. 'Εφελκομένων alii.

XIX. ν. 1. Νίπτεις) νίπτοις Codex unus.

XX. ν. 2. Οὐδένα) μηδένα emendat *I. P. D'Orv.*

XXI. ν. 1. 'Οσην) ὅσαν Vat. alii. ν. 2. 'Αγωνισάμην) ἀγανισάμην Vat. ν. 3. Πίσση) Πίση in Cod. Vat. & aliis. ν. 5. 'Εκορύσσετο) Sic & edd. Anthol. Sed lege καρύσσετο cum Cod. Vat. ν. 6. Μ' ἐκ) με, omisso ἐκ, optime Vat.

XXII. ν. 1. Φυσιζῶε) Bene Anthol. ed. *Steph. & Codd.* Φυσιζῶε male edd. *Luciani* & quaedam Anthol. ν. 2. Εὐρομένην) εὐρομένα Cod. Vat. ν. 3. 'Εχρῆν) Aliter Anthol. vid. nott. *ibid.* Δωρήσασθαι) δωμήσασθαι Anthol. *Ald. & Steph. (& B. 4.)* vid. nott. ν. 6. Δέκτρια) γράφεται καὶ λέκτρια, marg. Anthol. (Λέκτρια etiam *B. 4.*)

XXIV. ν. 3. Σύμπας) σύμπας male edd. *Luciani.* (excerpta tamen *B. 4.* quae recte.) In Vaticano σύμπασα καί, quod cum *D'Orvill.* iam praeferrem.

XXV. ν. 2. 'Εχειν) Forſan ἔχω, adscriptum in marg. Anthol. non male, etsi vulgatum tolerabile.

XXVI. ν. 3. Μὲν εἰ) μένει *Ald.* male.

XXXII. Εἰς ἕτερον Πρίππον) Πρίππου Codd. quidam.

XXXIII. v. 6. Τῆσδε) Ita reposui ex Anthol. VI, c. 8, & ed. S. Luciani. Τῆς δὲ ed. P. (& B. 4.) cum Anthol. ed. maiore.

XXXIV. v. 1. Νηρεῖ) Νηρεῖ Cod. Vat.

IN EPIGRAMMATA OMISSA.

I. v. 2. ἔδοξε) ἤθελε Cod. Vat. male.

II. v. 1. Ψυλλῶν) ψύλλων Vat.

III. v. 2. Ἐρωτήσης) ἐρωτήσεις Cod. quidam.

IV. v. 1. Γῆρας δὲ σὸν) Codd. & edd. quaedam male τὸ δὲ γῆρας. v. 2. Ἐκτανύσεις ρυτίδας) Edd. vulgo male ρυτίδας ἔκτανύσεις.

V. v. 1. Ἐμβαίνει) In ora *Wech.* Gr. ἐμβαίνειν Μέλλων εἰς τὸ περ' ἀπίνει, adscriptum manu Drakenborch. v. 3. Ἐπάνωθι) ἐπάνωθε Vat. *ibid.* Πάντα) Male omittit Vat. v. 6. Ποιεῖν) Bene edd. Πιεῖν alicubi invenerat Brod. Sed ποιεῖν legend. monuit.

VI. v. 1. Νίκων) Sic *Wech.* Νικῶν *Steph.* v. 6. Τούτῳ) τοῦτου Vat. Sed cum Salmasio τούτῳ recte praetulit D'Orv.

VIII. v. 1. Βύτος) Βίτος alius Cod.

X. v. 1. Ψηφίζει) ψηφίζων Vat. melius.

XI. v. 1. Δοκεῖ) δοκεῖς Vat.

XII. v. 2. Εἶδόμεν) εἶδωμεν male Vat. *ibid.* Σοφίην) σοφίαν Vat. v. 5. Βολβὸν) βόλβαν hic & v. 8 in Vatic. v. 6. Οὐ) Abest a Vat. aliisque Codd.

XIII. v. 3. Εἰ δὲ) Sic Vat. Cod. aliique & ed. prima. Ἐν δὲ edd. cett. v. 4. Τ') Abest a Vat. & aliis membranis ac prima ed. Adest in ed. *Steph.* & *Fr.* v. 7. Καὶ) νῦν Vat. *ibid.* Χάλλεον) ἀχάλλεον Vat. v. 8. Δ' εἰς) δ' ἂν τι Vat. Γρ. ἀντί, adleverat Drakenb.

ANNOTATIONES

IN TRAGOPODAGRAM.

Pag. 1. l. 1. ΤΡΑΓΟΠΟΔΑΓΡΑ) Non solus Podagrae encomium scripsit Noster. Audi iuvenem apud Philostrat. in vita Apoll. IV, p. 170: Ποδάγρας ἐγκώμιον τί μοι εὐνέτακται καὶ τοῦ τυφλῶν τίνα ἢ κωφῶν εἶναι. Sed an ob hunc lusum Tragicis accenseri mereatur, viderint, qui post Fabricium novum eorum nobis Catalogum contextent. Sic *Thersitae laudes quaesivit Favorinus*, teste A. Gellio XVII, 12, & *febrim quartis diebus recurrentem* laudavit. SOLAN. Moliebar paulo ampliores in hunc libellum annotationes, quibus intexturus eram bonam partem Commentarii in hunc libellum ab Erasmo Schmidio Witebergae praelecti 1631, qui beneficio Iulii Caroli Schlaegeri ad me pervenerat. Sed tempestive monitus contraxi vela, & Schmidianum Commentarium, tuae, doctissime Reitzii, fidei commendo, ut quae ferre videbitur numerus chartarum, volumini huic destinatus, inde in usum lectorum decerpas. De interpretatione mea hoc solum praedico, me non praestare bonos versus, sed qui singuli singulis Lucianicis respondeant, & sententiam eorum, quantum potuit a nobis fieri, exprimant. In choris praesertim & metrum, & sententiam singulorum versuum, assequi nobis datum non fuit. Sed neque diu torquere ingenium tanti putabamus. Claudicare igitur in podagra versus, quam sententiam, malebamus. GESN. Quia variis coniecturis metrum horum versuum emendari potest, potissimas variantt. leſt. quidem inserui, parum tamen in contextu propter Codicum inopiam mutavi, etsi metrum saepe apparet corruptissimum. *Scopus huius dramaticis est exponere malignitatem ac pertinaciam podagrae, quae medicamentis magis exasperatur, quam sanatur, secundum tritum illud Ovid. l Pont. El. 4, Tollere nodosam nescit medicina podagram. Praeterea ludibrio habere medicastroſ vana promittentes, aeque ac podagricorum mores, eosque ad patientiam hor-*

tari. Quod & Sennertus c. 8 de Arthridite fatetur, atque, eum causam tempusque invadendi melius expressisse, quam nonnullos medicos. Haec posteriora ex Erasmo Schmidii praeleſt. Mſſ. a Geſnero mecum communicatis, unde poſſima quaeque deinceps quoque delibabimus, plurimis ethicis & medicis ratiociniis omiſſis. REITZ.

verſ. 3. Ταρτάρου κευθμῶσιν) Materia podagrae eſt ichor, i. e. humor acris, &, ut Chymici vocant, tartareus. Hunc foetum dicit produci in ταρτάρου κευθμῶσι βαθυσχοίς, h. eſt, in intimis penetralibus corporis; ubi tartari non inepte mentionem fecit, quod non tantum infernum notet, ſed & materiem calculoſam, tartaream, articulorum iuncturis ſe inſinuantem, & cruciatus intolerabiles efficientem. Nutricem τὴν Ἀληκτῶν, unam Furiarum, facit, quo notatur mala concupiſcentia & pravus appetitus naturae noxius: ἡ Ἀληκτῶν enim ab α privativo, & λήγω deſino, nomen habet. Omnino enim huic morbo alimonia ſuppeditatur, quando cauſae οὐ λήγουσι, non ceſſant. Creſcit enim indulgens ſibi, ut dirus hydrops. SCHMID.

v. 4. Ἐξεγείνατο) Simpliciter pro τίκτειν ſatis notum. At Heſych. Ἐξεγέμετο exponit, ἐξεπονήσατο. Si legas ἐξεγείνατο, ſignificabit τὸ ἐξεπονήσατο, aegre ac multo cum labore ſeu dolore peperit, uno verbo, enixa eſt. Quae expoſitio quam apte huic loco conveniat, nemo non videt. Fuerit igitur hoc ominis inſtar futurorum cruciatuum, quibus adulta Podagra homines torqueret. Si cui autem videatur ἐξεγέμετο non a capite ſcribendum apud Heſych. ſed cum praecedentibus connectendum hoc pacto: Ἐξέβλω (i. ἐξέβλωσεν) ἐξέτρωσεν, ἐξεγείνατο, ἐξεπονήσατο ſignificatio erit, partum abiecit, vel medicamenti, vel alio quocunque modo; cuius deteſtandae conſuetudinis mentio apud vet. paſſim. Ovid. Am. II, El. 14. Cic. pr. Clu. cap. 32. Clem. Alex. Paed. II, p. 1, 3. Haec doctiſſ. I. Gavel in Animadv. ad hunc Dial. vid. Miſc. Obſ. anni 1739, p. 417. Cui de mutatione in Heſychio non contradico; ſed poſtერიεμ expoſitionem de partu abigendo ad hunc Tragopodagrae locum non pertinere dico, (quod nec ipſe voluit:) nam qui partus mox dicitur uberibus matris alitus, is certe abortus non eſt, qualem ſi quae mulieres ſibi procurant, occidendi foetus, non alendi cauſa id faciunt. REITZ.

v. 5. Πικρῶ βρέφει) Amarulento infanti, propter cruciatus, quos efficit. Forte leg. πικρὸν βρέφει, ut ad γάλα re-

feratur. Posset etiam legi μικρὸν βρέφει, cum initia huius morbi sint exilia, iisque facile occurrere posset, nisi causae essent ἀλλοτρίαι, & continuatione parvum hunc foetum alerent. Βρέφος autem modo est foetus in alvo latitans, ut apud Diof. V, c. 74. Et Luc. I, 41 & 44, modo nuper natus; 1 Petr. II, 2, modo infans alicuius aetatis, sed minoris, ut in ὑποθέσει III Isthm. Pind. & Epist. ad Timoth. III &c. SCHMID. Idem I. Gavel editioni Isingrinianae (id est Basiliensi primae) adscriptum ait, forte legendum μικρὸν βρέφει. Sed nullam esse causam, cur a vulgato recedamus, bene existimat. REITZ.

v. 8. Εἰς φῶς) Indignatur, Podagram in intimis penetralibus corporis genitum in apertum produci, & in membris externis evidenter sentiri; causamque ad infelicem Genium refert: innuens, causam esse occultam. SCHMID.

v. 9. Τεθνεῶσιν) In edit. Isingr. adscriptum, Εἰ τεθνεῶσι δ' ἀμυλ. testatur modo laudatus Gavel; sed malle se εἰ γὰρ τεθνεῶσιν legere, per synizesin. At potest id in dimetiendo versu tamen fieri, etsi vulgatum retinemus, ut in versu primo Il. Hom. — Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος. Et ut θεοῖσιν saepissime fit dissyllabum apud Theognidem, ut v. 358 &c. Item θεοῖς & θεῶν monosyllabum, ib. v. 171: θεοῖς οὐχού, οἷς ἐστὶ μέγα κράτος οὔτι ἀτερ θεῶν. Iterum v. 202, atque alibi. Sic θεῶνιδος trisyllabum v. 22. Quin & anapaestus hic potest manere in secunda sede; etsi id durius. REITZ.

v. 10. Βροτῶν) Malim βροτοῖς. BOIVIN. Ceteras eius ac Guyeti coniecturas in his notis non comparentes, variantibus lecti. inferui, ne quid omissum credas; nisi forte eiusmodi notulas, ubi Guyet. unicum verbum Latine reddidit, quod in versione nunc compareret. Omitto & hic, quia iam nimis est notarum, Iensii observata in Lect. Luc. pag. 384 seq. ubi nimis multis probat, τοῖς τεθνεῶσι βροτῶν vulgarem esse Graecismum, adeoque non opus esse βροτοῖς quod ut concedo, ita Fl. lectionem tamen praefero, quae propter praemissum ἀμβλακημάτων magis perspicua est: nam etsi & Latine aequè dicas *multi mortalium*, ac *multi mortales*, accedente tamen novo genitivo, intricatior fieret oratio, si dixeris *multos mortalium criminum poena manet*. Etsi duplicem illum genitiv. analogis quoque exemplis probari posse scio, quid tamen opus est obscuriora sequi, quando meliora editio princeps exhibet? REITZ.

ibid. Ἐν φάει) I. e. in vita, dum fruerentur lumine vitali. SCHMID.

v. 12. Στροβιτὸν) Hanc vocem aliasque ad sexdecim ex hoc Dial. collectas, Lexicis ignotas vid. in iisdem Miscell. pag. 419. REITZ.

v. 15. Προσάπτειν) Scil. ἔδει, ἀπὸ κοινοῦ, ex v. 13. Nempe τοὺς δικαστὰς Aeacum & Rhadamanthum. Alias passively dicendum fuisset προσάπτεσθαι. Sicut paulo ante etiam pro κολάζειν, κολάζεσθαι locum habuisset, si ad subiectum patiens referatur. SCHMID.

v. 16. Ὡς μου τὸ λυπρὸν) *Squalidum, squalens.* GUYET. Syntaxis est: ὥς τὸ δέμας μου λυπρὸν καὶ ταλαίπωρον χειρῶν ἀπ' ἀκρων &c. ἔστηκε, καὶ μεμυκὸς ἐπιτίσιναι πόνους, ἰχθῶρι φαύλῳ &c. τὸδε διασφίγγον πόνους πνεύματι βιαίῳ. Ἰχθῶρι φαύλῳ, i. e. διὰ τοῦ ἰχθῶρος φαύλου. Τὸδε διάσφίγγον, i. τοῦδε διασφίγγοντος. Accusativus absolutus, cuiusmodi passim exempla occurrunt. *Ea re poros stringente* ob spiritus inclusi vim &c. Pro τῷδε itaque legendum est τὸδε cum Guyeto, qui tamen non τὸδε scripsit, sed τοδὲ, calami puto, ac manus lapsu. BOIV.

ibid. Ταλαίπωρον) Est misere cruciatum. Proprie ταλαίπωρος est τάλας κατὰ πάρον, miser circa vel propter ingentes lapides in lapidinis, ubi laborantes gravi vexabantur labore, & segnes flagris caedebantur. Postea in genere est quocunque modo valde miser. Τὸ δέμας denique α δέδεμαι *ligatus sum*, semper corpus vivum notat, cui anima adhuc colligata est; cum τὸ σῶμα non tantum de vivo, sed & de mortuo corpore dicatur. Vid. Plutarch. de Homer. SCHMID.

v. 20. Ἔστηκε) *Dislentum est.* GUYET. Variis modis hunc & sequentem versum invertendo tentat Gavel in Miscell. pag. 419. REITZ.

ibid. Καὶ μεμυκὸς) Potest hic legi δεδυκὸς, ut v. 120, — δεδυκὸς ὑπὸ μυχοῖσι γυίων. Longe maiorem curam poscebant Tragopodagra & Ocypus, sed & maius orium. In nullis Codd. reliquum dramatis Ocypi comparuit. BOURN. Τὸ βλάβος τῆς ποδάγρης dicitur μεμυκὸς, non quod mugitum edat, sed quod talis eius materia, ut exitum sibi per poros quaerat, & partim propter topositatem materiae, partim propter διάσφίγγειν τῶν πόνων ὑπὸ πνεύματος non facile viam inveniat; ideoque cum cute & membranis lustratur, ut vapor intra viscera terrae conclusus cum terrae

parietibus & superficie luctatur, adeo ut in terrae motu saepe mugitum edat; unde species quaedam terrae motus *μυκτίας* vocatur Aristoteli de mundo c. 4. Cuiusmodi *μυκτιμὸν* etiam hic edere posset materia illa luctans, si cutis & membranarum ratio pateretur. SCHMID.

v. 21. *Σπλάγχχνων*) A causa efficiente, quae est mala dispositio τῶν *σπλάγχχνων*, maxime hepatis & lienis: haec enim per *σπλάγχχνα* hic potissimum intelliguntur. Sicut & Plin. per utrumque viscus κατ' ἐξοχὴν lienem & hepar intelligit. Pro ἐπ' αὐτῶν legi etiam posset ἀπ' αὐτῶν, ab ipsis visceribus; ab illis enim *σπλάγχχνοις* ipsum prodit malum in exteriorem carnem. SCHMID.

v. 24. Ἡ Σικελὸς) Intelligit fretum Siculum angustum vix VII stadia latum iuxta Strab. l. II. Unde & hic αὐλὸν nominatur ob longitud. angustiores instar fistulae. SCHMID.

ibid. Αὐλὸν ἀλιπέρου) I. e. fretum Siculum Mamertinum, in quo Scylla & Charybdis. GUYET.

v. 27. Δυστέκμαρτον) Investigatu, cautu & observatu difficile, & cuius insultuum tempora non satis praevideri possunt. SCHMID.

ibid. Τέλος) I. e. χρῆμα, res, podagra scil. GUYET. Τὸ τέλος hic non est finis, sed effectus, ita ut res effecta & ad perfectionem perducta sit. Iliad. T, 107. SCHMID. Τέλος hic non capiendum esse pro πράγματι, uti Guyeto visum, sed proprie pro *fine*, *exitu*, suadent non solum adiectivum *δυστέκμαρτον*, sed & sequentia, praecipue vero ista: ἐλπίδες ματαίαι μωρὰ βουκολούμενοι. GAVEL.

v. 30. Κυβήβης) Conf. supra Ἀποφρ. c. 11. Recepi autem Κυβήβης, quia Κυβέλης alioqui scribendum foret, idque versus respueret. Vidit etiam I. Gavel, qui plura de hoc nomine in Miscell. Obs. anni 1739, p. 420. REITZ.

v. 34. Φρυγίου κατ' οὐρα Τμώλου) Omnes alii Lydiae Tmolium montem adiudicant, & iure: fuit enim vicinus Sardibus ad meridiem; Sardes vero fuisse Lydiae metropolin, inter omnes Geographos & Historicos constat. Ut tamen aliquid pro Luciano dicam, usus est Phrygiae nomine latissime sumto, cuius confinia cum Lydia nunquam fuerunt certa & stabiliter constituta. Nam sic Strabo l. XIII: τὰ δὲ ἐξῆς εἰς τὰ νότια μέρη τοῖς τόποις τούτοις ἐμπλοκάσθαι μέχρι πρὸς τὸν Ταῦρον, ὡς τὰ Φρύγια, καὶ τὰ Λύδια, καὶ τὰ Καρικά καὶ ὅτι τὰ τῶν Μύσαν δυσδιακριτὰ εἶναι, παρὰ πτόντα εἰς ἄλλα. Eum vide, ubi plures rationes red-

dit talis confusionis; & patet, Lucianum promiscue Phrygiae & Lydiae nomina sumisse, quando subiungit in sequenti versu *κῶμον βοῶσι Λυδοί*. PALM.

v. 36. *Παραπλήγεις*) *Παραπλήσσειν* est perperam pulsare instrumentum musicum. Inde ὁ *παραπλήξ*, cui mentis vel sensuum harmonia depravata est. Aliud notat Homero Od. E, 415 & 440, nempe obliquis fluctibus undarum percussa litora. SCHMID.

ibid. Δ' ἀμφί) Τὸ δ' delendum videtur. Ῥόπτροις, *clavis*. Ἄμφι *circum*, adverbium sine casu. GUYET.

v. 37. *Κρητὶ ῥυθμῷ*) Pro *Κρητικῷ*, ut v. 53, *δακρύοις γόοις* pro *γοερόις*, similitumque ex aliis exemplorum copiam vid. apud modo laudatum Gavel p. 421. Habuimusque in Luciano non semel: quare hic non repetam. REITZ.

v. 38. *Νόμον εὐὰν Κορύβαντες*) Ut versus constet, legendum omnino, *Νόμον Κορύβαντες εὐὰν*. Neque τὸ εὐὰν mutandum existimo; vid. Clem. Alex. Admon. ad Gent. p. 7. Conf. p. 79. Basil. orat. ad iuv. p. 25 ed. Pott. ἕτεροι δὲ πρὸς αὐτὴν κορυβαντιῶσι καὶ ἐκβακχύνονται. *Κορυβαντιῶν* habet & Noster in Tim. Long. *περὶ ὕψους* Sect. IV, p. 19. Vid. Eust. ad Dionys. v. 524. GAVEL.

v. 39. *Βρίθουσα*) I. e. *Plena, gravida*. GUYET.

v. 41. Ἀὐτὴν) Cur αὐτὴν rescribi velim, & ita interpretatus sim, non opus est multis indicare. Proprium & Homericum est αὐτὴν, cum de bellico clamore agitur. Ab αὐτῇ illo etiam versus fit podagricus. GESN.

v. 45. *Χλοητόκοισι*) I. e. *χλωροτόκοις*. GUYET. Ἡ χλόη non tantum est gramen virens, sed & viriditas, foliaque virentia, unde hic *ποιαὶ χλοητόκοι* dicuntur herbae viriditatem producentes. Ceterum Grammaticorum regula est: nomina paroxytona in *βα*, quando assumunt iota, fieri oxytona, ut tradit Etymologus in *ροία*. Ut ἡ *πόα*, *ῥόα*, *ψία*, *χρόα*, *πτόα*. Ita ergo sic legendum esset *ποιαῖς*. Sed Hom. hoc non observavit, qui non *ποιῇ* aut *ποιᾷ* pro herba, sed *ποίη* scripsit. Ut Il. E, 347, Od. I, 449, Ψ, 367, 369, 371. Et in Hymno Mercur. v. 27 & 232, & in Pana 26, & in Terram matrem 15; sicut etiam Eustath. huius discriminis non meminit. Relinquendum ergo *παροξυστόως*, *ποιαῖς*. Sinapius epitheton hoc *χλοητόκοισι* ad *λειμῶν* retulit, *graminisfera prata*, sensu quidem per se satis bono, sed a textus verbis alieniore, cum non *λειμῶν*, sed αἱ *ποιαὶ* hic *χλοητόκοι* dicantur. SCHMID.

v. 47. Δένδρεα πρῶαίς) Si legas δένδρεα cum Guyet. legendum etiam erit πρῶαίς, non πρῶαίς. Non ita poscit ratio versus Anacreontici seu dimetri cataleptici. Sed fortasse nihil hic mutandum, ut sit tribrachys pro iambo pede. BOIV. Sunt hic versus Anacreontici. Legit Guyetus δένδρεα. Itaque & πρῶαίς legendum esse, ait Boivin. *Sed fortasse nihil esse mutandum, ut sit tribrachys pro iambo.* Immo nihil mutandum, nec, ut tribrachys sit pro iambo, opus est. Ultima in δένδρεα ob sequentis vocis primas consonas, producitur; & πρῶαίς per συνίησιν, quales συνίησεις poëtis sunt frequentissimae, est monosyllabum. IENS. Quid si πρῶαίς legamus, ut δένδρεα trochaeum per synecphonestin constituat, quemadmodum οὔρεα v. 34, ait I. Gavel. in Obs. iam laudatis pag. 422; ad quae clariss. editor tamen recte animadvertit, ita prolatas syllabas unam saltem longam efficere, adeoque hic spondeum non trochaeum fore. Ego nihil muto, etsi δένδρεα πρῶαίς magis placet. REITZ.

v. 49. Δύσγαμος) Respicit ad fabulam Prognés, quae infeliciter nupta fuit Tereo regi Thraciae, & postea in hircundinem mutata fingitur Ovid. 6 Met. SCHMID.

v. 51. Καὶ νύκτερος — γόοις) Iterum Guyet. pro νύκτερος legit νυκτέροις, & γόωσ' pro γόοις. Neutrius mutationis causam perspicio. Nec sensus, nec metrum alterutram requirit. Quidni Aëdon potest dici νύκτερος, quia nocte quasi flet, ut νύκτερος μήνη, Luna noctivaga, apud Aeschylum? De nocturnis Aëdonis, sive Philomelae, questibus vid. Virgil. IV Georgic. 515 seqq. Deinde τοῦ γόοις mutandi nulla causa. Commodissimo epitheto δάκρυα dicuntur γόα. Ceterum observo, hic Lucianum producere mediam in δακρύοις, ut facere etiam in δακρύω Moschum alibi ostendi; cui nunc addo Bionem, cuius in Idyl. I hic versus est 34: Καὶ παγαὶ τὸν Ἀδώνιν ἐν ὄρεσι δακρύοντι. Dorice pro δακρύουσι. Addo & Aristoph. in Vesp. v. 973: Αἰτιῖτε· κἀντιβουεῖτε· καὶ δακρύετε. Infra quoque in Nostri Ocypode v. 132: Στένων, δακρύεις· ἐν δέ σοι φράσαι θέλω. Iterum Noster in epigrammate in Theronem prodigum: Εὐκτῆμων δ' ἐδάκρυε τὸ δεύτερον, οὐκ ἔτι κείνον. Patet ergo, non unicum esse istum Moschi locum, ubi id fit. IENS.

v. 54. Ὀμοί) An ὁ μοί; ait Gavel. Probo coniecturam: nam etsi οἶμοι quoque conicere possis, tamen alterum praestat, quia invocantis hic est, non eiurantis adeo. Quod vero ad-

dit, sic animal tripes senex dicitur in notissimo Sphingis aenigmate, non repeto. REITZ.

v. 59. Λίπε) Solanus adleverat, λίπε Guyet. male. Sed in notis Guyeti Mss. invenio: Αη λίπε; sic versus rotundior. Non igitur adeo male rem hic gerit, licet emendatione non opus sit, ubi vulgatum sanum. REITZ.

ibid. Ὑπόροφος στήνη) Inferius conclave. Podagri enim cubicula amant in infimis contignationibus, cum ascendere scalas iis difficile sit. SCHMID.

v. 67. Βάσεις ἀμείβειν) I. e. pedes alternos ponere. GUYET.

v. 69. Ὅμως δ' ἐπείγου) Syntaxis, γιγνώσκων ὅτι ἂν πτωχὸς ποδαγρῶν περιπατεῖν θέλῃ, καὶ μὴ δύνηται, τοῦτον τίθει ἐν νεκροῖς. Nota φράσεως insolentiam, τίθει pro δεῖ θέναι. Ea est vis adverbii ὅτι, quod abundat saepe, ut in Evang. Ioan. c. 18, ὡς οὖν εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι ἐγώ εἰμι &c. pro, ὡς οὖν εἶπεν αὐτοῖς τοῦτο, ἐγώ εἰμι &c. Sic hoc Luciani loco videtur τὸ γιγνώσκων ὅτι τίθει ἐν νεκροῖς dictum pro γιγνώσκων τοῦτο (supple τὸ παροιμίαζόμενον) τίθει ἐν νεκροῖς τὸν ποδαγρῶντα &c. BOIVIN.

v. 73. Τίνας γὰρ οἶδε) Male haec reddidit interpres, cum ibi ἀκτέα sit ἀκτὴ, i. e. sambucus, cuius foliis podagrici finguntur caput cingere, quia sambuci folia ποδαγρικοῖς βοηθεῖ μετὰ στέατος ταυρίνου, ἢ τραγείου. Ita Dioscorides: nec multo aliter Plin. & Sammonic. in cap. de podagra pellenda: parva sambucus item hircino collata sevo. Bochart. de animal. S. S. part. II, l. 2, c. 6. ALMEL.

v. 74. Κάπηνα φύλλοις) Optime Bochart. animadvertit; hic sambucum esse interpretandum: nam praeter adductos ab eo auctores confirmat id Marcellus de Medicina c. 36: Ad podagram frigidam sambucum quoque cum axungia, & brassicae cinis cum axungia impositus plurimum iuvat. Iisdem pae-ne verbis Scribonius Largus de composit. medic. c. 41, de podagra frigida. ALMEL.

ibid. Ἀκτέας) Ἡ ἀκτέα, item ἡ ἀκτὴ, vel ἀκτὴς, vel ἀκτίς, etiam Theophrasto L. III Hist. Plant. c. 6, (nisi forte menda subest) sambucus est, frutex gravi foliorum odore, folia ante alios frutices & arbores fere primus emittens. Ideo hic Podagricis sub veris initium, quo plerumque morbus invadit, numini suo sacra peragentibus corona ex sambuco tribuitur. Adde, quod & sambuci folia cum sevo taurino & hircino imposita podagram mitigare credantur, ut ait Dioscor. IV, c. 168. Et sambuci tenerrima

folia, cum pari pondere radicum plantaginis, suillaeque axungiae veteris, contrita subactaque podagricos dolores praesentaneo auxilio mulcere scribuntur a Matthiolo XIV, c. 168. SCHMID. Ἀκτέα, ἀκτῆ, Sambucus. Glossae habent ἀκταία, male. GAVEL.

v. 75. Τίνα δαίμωνον) Quid si legeretur τίνη δαίμωνον; SCHMID. Idem observavit I. Gavel. REITZ.

v. 78. Βαλχίων) Lege Βαλχίων. GUYET.

v. 82. Ἦν) Ὅν requiri, si quantitas pateretur, quia nondum resciverat, essetne Deus, an Dea, cuius festum agebant, monet Gavel in Obs. Misc. an. 1739, p. 423. Quid si ergo sic, bis addita interrogandi nota, Τίς δ' ἐστίν; ὃν δ' ὑμεῖτε; REITZ.

v. 86. Εἰς εἰμι καὶ γὰρ τῆς θεᾶς ἐτάξις) Interpres vertit, *Unus quidem sum: sed Deam non dedecens*. Dum vult & ipse ποιητίζειν, stultissime perdit sensum. Ego existimo, Podagrū, ubi audiret se vocari mystam Deae inexpugnabilis & inexorabilis, quasi mirabundum interrogasse, *Egone quoque* (qui tam miser sum) *sum unus Dea dignus?* Necdum enim noverat Podager noster, esse quampiam Deam, cui hos dolores suos deberet, cuiusque sacris esset ipse quoque initiatus. Quare & in Graecis signum interrogandi est ponendum. Eundem in modum rogat idem v. 125:

Εἰς ἄρα καὶ γὰρ κατοργιασμένων

Ἐλαθον ὑπάρχων;

Itane sane & ego unus sum ex initiatis; idque adhuc ipsemet ignoravi?

In priori versu, nempe Εἰς εἰμι καὶ γὰρ &c. videtur παρέλκειν τὸ εἰς, vel sumi pro τίς. *Unus* apud Latinos aliquando eodem modo sumi, docuerunt iam eruditi. Idem quoque fit apud Graecos, ut ex hoc loco liquet. Sic & apud Aelianum X Ποικιλ. 18: Βουκολῶν δὲ κατὰ τὴν Σικελίαν ὁ Δάφνις, ἡράσθη αὐτοῦ νύμφη μία, καὶ ὁμίλησεν καλῶ ὄντι καὶ νέῳ. Hic μία valet τίς. *Nympha quaedam*. IENS.

v. 88. Ἀπ') Etsi leve est, monendum hic tamen, quia neglexere priores. Structura est ἀπὸ σταγόνων αἰθέρος, adeoque anastrophe σταγόνων ἀπο scribenda, unde απ' etiam retinebit accentum vulgo omissum. REITZ.

v. 92. Ζηνός) Quidni Ζηνός legendum, & v. 99 ἀμυστέραν, 110 τὰν δ' εὐγλ. Bene monet I. Gavel l. d. REITZ.

v. 98. Ἐργεκύδοιμον) Epitheton Minervae, Deae belli; sed prudenter fortiterque gesti, ab ἐργεῖρα excito, & ἐργεί-

ρομαι med. pro quo per syncopen ἔγρομαι. Ὁ κυδοιμὸς tumultus, maxime bellicus. Inde ἐγρεκυδοιμος, tumultum bellicum excitans. Hesiod. Theog. 925 Minervam appellat ἀγροκύδοιμον, quasi agros vastantem, (ut quidam libri habent) sed videtur ἐγρεκύδοιμον praeferendum; quod tamen non satis attendenti videri posset compositum ex ἐγείρω, & κύδος gloria, quasi gloriae excitatrix sit Minerva, uti & Sinapius reddidit, Virtute claram Palladem: quem in versione huius dramatis subitanea secutus gloriae excitatricem reddidi, cum debuisset belli vel tumultus excitatricem exponere. Idque vel ex sola quantitate cognoscere licet: nam ὁ κυδοιμὸς turba corripit primam, ut passim ex Hom. liquet. At κύδος gloria cum derivatis primam producit. Praeterea diphthongus oi in ἐγρεκύδοιμος, magis ad originem κυδοιμὸς adducit, quam ex ὁ κύδιμος. SCHMID.

v. 101. Ἐλόχυσεν) Hesych. λοχύει; τίκτει, γονῇ. GUYET. Ἐλόχυσεν Ὀφίων) Non quod Ὀφίων hic pepererit podagram, ut mater, quam mox nominat Μοῖραν, sed quod ille antiquissimus Ὀφίων ante Saturnum, Iovem, Iunonem & Minervam iamdudum podagram habuerit, & in ulnis suis quasi foverit. Commendat ergo Chorus hic podagram ab antiquitate. Ὀφίων autem unus putatur e sociis Cadmi e dentibus Draconis nati, Ovid. III Met. accipitque nomen ab ὄφει, serpente. Aliis tamen verius hic Ὀφίων unus Titanum putatur, de quibus Hesiod. Theog. 207. Hic cum Eurynome Oceani filia ex Thethye, ut habet Hesiodus Theog. 358, rerum potitus fingitur ante Saturnum, a quo & a Rheae coeli gubernaculis deiectus dicitur. Meminit huius rei Lycophr. in Cass. v. 1192. SCHMID.

v. 107. Μοῖρα) Genitricem podagrae. Supra Podager ex impatientia loquens Μόλαιραν pronuntiavit, ob furorem & carnificinam morbi. Hic Chorus non tam ex impatientia, quam ex assuetudine, loquens, matrem facit unam Parcarum, quam in genere nominat Μοῖραν, i. e. Fatum. Dein Κλωθὴ in specie, i. e. decretoria vis naturae, α κλώθειν discernere. SCHMID.

v. 108. Ἐγέλασεν) Haec iocose fingit poeta, ut ludibria in podagricos ab amicis iacta excuset, cum merito, exorta apud aliquem podagra, ridere videantur amici, quandoquidem ipsum coelum in primo eius ortu riserit, & cum serenitate, in signum laetitiae, tonuerit. SCHMID. Lepide sane dictum, ut non immerito pro Dea habeatur

Podagra. Solent enim fingere poëtae, nascente Deo aliquo omnia ridere quasi, & laetitia perfundi. Dionys. Perieg. v. 939 seqq. Theogn. v. 5 seqq. GAVEL.

v. 110. Εὐγλαγέτοις) Εὐγλαγέτοις ἐν μαζοῖς foetus bene crescit & pinguescit: sic podagra, alimonia large subministrata, crescit & cito adolescit. Γλαγος poët. pro γάλα· hinc εὐγλαγής, *lacte abundans*. Sed pro εὐγλαγέτος, Lycophr. Cass. 307 εὐγλαγος. Hom. εὐγλαγής Il. Π, 642. Ceterum ἐν μαζοῖς pleonasmus Atticus non infrequens, & frustra hebraismi suspectus in Matth. III, 11. Marc. I, 8. Ioan. I, 26 & 31. Eurip. in Suppl. 593, στρατηλατήσω κλυτὸς ἐν κλυτῷ δόρει. Musaeus 158, παραπλάγξας ἐν μύθοις, *seducens verbis*. Haec Schmid. Nec infrequens Luciano. Vid. nos ad Philops. cap. 33, ad Herodot. c. 5, & Hemst. ad Dial. Mort. XXIII f. Conf. infra ad v. 268, ubi rursus alia similia afferuntur. REITZ.

v. 111. Πλούτων) Absurde Pluto nutrix fit. SOLAN. Minus absurdam nobis reddit hanc fictionem Schmidius, qui notat: *Supra Podager nutricem fecit τὴν Ἀλεκτῶν, ad causas internas respiciens. Hic autem Chorus ad causas externas adiuvantes & augentes, quas tribuit Plutoni, i. e. divitiis ac diatae laetae, dum pauper a podagra fere immunis degit. Probo antistrophē; sed & fateor durum, tribuere mammas laetantes Plutoni.* REITZ.

v. 112. Τίσι) Hic versus senarius videtur. Ὀργιάζει, *initiat*. GUYET. Claudicat versus. Non dubito, quin exciderit ἡδ', & legendum sit, Τίσι δ' ἐν τελευταῖς ἡδ' ὀργιάζει πρόσ- πόλους; *Quibus vero sacris illa antistites initiat? ἡδ', illa, scilicet Dea. Posset etiam legi κατοργιάζει.* Sed alterum illud magis arridet. IENS.

v. 113. Οὐχ αἷμα) Non videtur illa effusio sanguinis in alieno subiecto accipienda, sed in proprio initiandorum, cuiusmodi fuit caerimonia Baalitarum, qui cultellis membra lancinare solebant, ut sanguis largiter efflueret; vid. 1 Reg. VIII, 28. Quae caerimonia Luciano incognita non fuit, cum initio Christianus & verbi divini praeco fuerit. SCHMID. Οὐχ αἷμα) Et sequentes σωματικὰ metra. Guyet. Idem in nott. Mss. aliter tentabat, quam in variantt. notarat Solan. nempe: Οὐχ αἷμα προχέομεν λάβρον ἀπὸ στ. &c. Deinde ad verbum προχέομεν adscripsit: forsan προχέομεν, i. e. non acie gladii sanguinem profundimus. Ideo aut Solan. in excerptis schedis Guyeti aberravit, aut alias ha-

buit. Superior illa inversio magis arrideret; sed vulgata stare potest. His ante a me notatis, video iam etiam Gaveillum fateri, sensum Guyetiana emendatione aptiorem fieri, sed metrum impugnari; ideo vulgato verbor. ordine servato mallet προχειόμεν. Fortasse tamen nihil mutandum est, ut subaudiatur βομῶν vel βομοῖς. sensus tunc erit, *aris non affundimus sanguinem*. Mox v. 140 ipsa Dea Podagra οὔτε χυθὲν αἷμα βομοῖς παρ' ἑμπύροις placare se posse affirmat. REITZ.

ibid. Ἀπὸ στήματος σιδ'άρου) Os ferri *acies* est: inde μάχαιρα δίστομος Hebr. IV, 12. Et Apoc. I, 16 &c. apud Euripid. in Suppl. ἐξύστομος μάχαιρα. SCHMID.

v. 114. Οὐ τριχὺς ἀφέτοις) Sic Schmid. Additque, non *evulsionem setarum* esse, ut vertitur, sed flexum, collectionem, unde λιγύζω, in nodum colligo, vimine necto. Adeoque contorfiones capillorum ipsorum mystarum intelligi, non caedendarum victimarum. Probo. REITZ.

v. 115. Ἀστραγάλοις) Glandes ac tali scuticis innecti solebant ad vehementiorem ictum. Sic μάστιγες ἀστραγάλοι, vid. Plut. adv. Colot. & Eustath. II. E, & Ψ, qui etiam σκορπίοι. I Reg. XII, 11 & 14. SCHMID.

v. 116. Λακίστῃ) *Discerpta*. Hesych. λακίζει, ῥηγνύει, ῥήσσει &c. GUYET.

ibid. Κρέα) Recte hic α producitur, quia crasis ex κρέατα, κρέαα, κρέα. Ap. Hom. Od. A corripitur. Sed ibi ἀποκοπή est ex κρέατα. Nam contractum α semper longum, ut γέρα apud Sophocl. El. A. I, Sc. 4. SCHMID.

v. 120. Δεδυκὺς) Nondum video verum sanatum, si cum Guyeto διαδεδυκὺς legas. REITZ.

v. 121. Ἰσχία, μπρούς) Non satis accurate in variis leſt. notavit Solan. emendationem Guyeti, quae sic habet: Lege, Ἰσχι' ἢ δὲ μπρούς tumque versus constabit. REITZ.

v. 122. Κόρωνῃ) Forſ. κόχωνα. Hesych. κόχωνα τὰ ἰσχία καὶ τὰ ὅμοια, i. e. τὰ ἄρθρα. GUYET. Sed vide de voce κορώνῃ Poll. L. II, p. 141. GAVEL. Ἡ κορώνη, vel τὸ κόρωνον, est ossis apophysis sic dicta, quia rostro τῆς κορώνης seu cornicis similis est: praecipue ἡ κορώνη in cubito est. Τὸ κόρωνον vero acuta maxillae inferioris productio, Hippocr. de artic. SCHMID. Κόρωνῃ) Pollux vero aliusque κορωνῶν, adscriptit frater. REITZ.

v. 123. Ἐσθίει) Lege ἰσθίει, recte ait GAVEL.

v. 126. Ἐλαβον ὑπαρχων; τοὶ γὰρ ἡλέτω πνευμονὲς) In

hoc versu, qui revera vitiosus est, κατὰ τὸ μέτρον, pro τοὶ γὰρ ἡκέτω Guyetus ἡκέτω τοὶ rescribit. Si cui haec transpositio, & electio τοῦ γὰρ, nimia videtur, potest vel ἔλαβον ὑπάρχον; τοὶ γὰρ ἡκε πνευμένης &c. ut alloquatur Podager Podagram Deam; vel pro πνευμένης legere εὐ-
μένης. IENS.

ibid. Ἠκέτω) Quidni ἡκέτω; GAVEL. Recte; & minore negotio, quam cum Guyeto invertendo, & ἡκετο etiam tempore imperfecto scribendo. REITZ.

ibid. Πνευμένης) Quasi πνευμένης, ex πῶος & εὐμένης. Signif. mitem, clementem. Exstat haec vox etiam apud Lycophr. Cass. 537 & 1055. SCHMID.

v. 129. Σίγα μὲν) Anapaesti. Lege itaque, Σίγ' αἰθῆρ &c. GUYET. Τὸ σίγα adverbium est. Et tamen phrasis usitata σίγα εἶναι, tacitum esse. Euripid. Hecub. Σίγα πᾶς ἔστω λαός. — Aristoph. κἀθίξε σίγα. SCHMID.

v. 132. Στηριζομένη) In Pell. versus sic distinguuntur:

Στηριζομένη· χαίροις μακάρων
Πολυπρατάτη, καὶ σοῖς προπόλοις
Ἰλαος ἔλθοις ὄμματι φαιδρῶ·
Δοῖνς δὲ πόντοις λύσιν ὠκείαν.

Idem habet Guyet. Melius, quam vulgo; nondum tamen recipere ausus sum. REITZ.

v. 137. Τίς τῆν) Τίς βροτῶν τῶν ἐπὶ χθονὸς &c. GUYET. Quibus verbis constructionem tantum indicare voluit. REITZ.

v. 141. Οὐ γὰρ εὐλοβὸς περικραμῆς ἀγάλμασιν) Hypallage, pro ἔλθοις ναοῦ περικραμῆς ἀγάλμασιν, i. e. ἀναθήμασι. Noranda vox περικραμῆς, qua carent Lexica. Iosephi locus in Archeol. L. XV, c. 11, huic non absimilis, τοῦ δὲ ἱεροῦ πάντες, inquit, ἦν ἐν κύκλῳ πεπηγμένα σκῦλα βαρβαρικά. Haec I. Gavel in Miscel. Obs. saepe laudatis pag. 425. Sed non satis similis mihi locus Iosephi videtur, qui vulgari modo ita construi posset, ἐν κύκλῳ πάντες ἱεροῦ, & ad verbum ita accipi, in orbe, (i. e. ambitu, peripheria) totius templi arma barbarica erant fixa, suspensa. REITZ.

v. 145. Ἐφύη) Ἐφύ coniiicit I. Gavel l. d. Frustra, ut bene monet clar. Miscellan. Obs. editor. REITZ. Antiquitatem suam Podagra iactitat. Cui ex parte contradicit Plin. XXVI, 10, Podagrae morbus, inquit, rarior solebat esse, non modo patrum avorumque memoria, verum etiam nostra peregrinus & ipse. Nam si Italiae fuisset, antiquitus Latinum nomen invenisset. SCHMID. Verum opponi posset, sic omnes

fere morbos Latinis peregrinos, cum omnium fere nomina sint Graeca. Sed causa est in eo, quod Graeci primi & artem Romam invexerint, & Hippocr. medicinam primus in artis formam redegerit. Licet res vera videatur, quod Romani vet. milites, rustici, laboriosi ac temperantes a podagra fuerint immunes, idque & hodie locum haberet, nisi ubi malum est hereditarium. REITZ.

v. 149. Ἀνθῳσσοῖς) Hanc & seqq. herbas, radices &c. etiam a Plinio ac Dioscoride laudari ac describi, additis ad singula testimoniis eorum, notarat Schmidius; sed ea addere spatium non finit. REITZ.

v. 151. Πράσιον) Nota mediam hic productam; sed vide mox ad ψύλλον dicta. REITZ.

v. 153. Φακοὺς — ἐκ τελαμάτων) Hoc Schmidii tamen omittere non possum. Τὸ τέλαμα, ait, locus coenosus, aut palustris. Οἱ φακοὶ ἐκ τελαμάτων sunt lentes palustres per se nascentes in superficie aquae non fluentis, refrigerato-
riae naturae, propter quod collectionibus illinuntur, & maxime podagris, & per se, & cum polenta. Diosc. L. II, c. 100, & IV, c. 83. Plin. XXII, c. 25. Haec meliora, quam versio pristina, *Lentes de stercore lēssos*. REITZ.

v. 156. Ψύλλον) I. Gavel ait: ψύλλον in versu stare non potest, cum primam habeat productam. An igitur altera liquida elisa legendum ψύλιον; (Sed clar. Observationum editor animadvertit: licet hoc admittatur, versui pedes non constabunt; nullum remedium video, nisi si legatur ψύλλια, & media producta sit, ut modo in πράσιον.) At quis dicet, quid sibi indulserit poeta in tot herbarum nominibus in versum cogendis? REITZ.

v. 157. Γυρίνην) Sperma ranarum exponit Er. Schmid; cuius emplastrum refrigerans esse, notum. Et γυρίνοι sunt informes ranarum foetus. Quod & mihi non improbabile, etsi i in γυρίνοι producitur, hic vero corripitur; nisi alia lectio inveniatur. REITZ.

ibid. Κολλάμφακον) Quid sit, plane incertum. Cognatus ἐκόλλα gluten, & φακὸς lens, conflatum putat, pulsemque glutinosum inde confectum. Mihi non videtur. Nam unde illud μ; cum potius dicendum esset φακοκόλλα, ut χρυσόκολλα. Quare depravatum credo. SCHMID.

v. 159. Κράμβης ἀπέφθον φύλλα) Quidquid sit de χρυσῷ ἀπέφθον, quod aurum ex coctione purgatum voluit, ego non video, quidni significare possit etiam aurum nativum,

quod statim ante coctionem sui metalli est: sed quidquid statuas de auro ἀπέφθω, brassicam hic non decoctam, sed *crudam*, intelligere suadet Cato R. R. 157, 7. GESN. Sina-
pius brassicae *crudae*, quasi esset ἀνέφθου. Verte *decoctae*.
SCHMID. Recte, credo: nam & χρυσὸς ἀπεφθός est πολλά-
κις ἐνθεῖς Polluci III, c. 11; ubi vid. Iungerm. Sed quia
ἀπεφθία tamen medicis est vitium non concoquentis ven-
triculi, facile haec confunduntur. REITZ.

v. 161. Ἄνθος Ἀσίου λίθου) Ἄσιος λίθος, quod in Asia in-
veniatur: alias Ἀσσιος λίθος, quod, ut Plin. scribit L. II,
cap. 96, & L. XXXVI, c. 17, ad Assum Troadis urbem,
quae alias Apollonia dicta fuit, ut idem L. V, c. 30, ha-
bet, multus fissili vena scinditur: innutritur in eo quiddam
gustu salsum, tenuissimae farinae simile, qualis in pistrino-
rum parietibus visitur. Illud ἄνθος Ἀσίου vel Ἀσσιου λίθου
vocat. Diosc. L. V, c. 85. Ex Asio lapide fit podagris ca-
taplasma cum fabae lomento. — Ipse lapis Asius autem &
σαρκοφάγος dicitur, quod demortuorum corpora in eo con-
dita intra XL dies tota absumantur, dentibus exceptis: ve-
stes autem, calceamenta, & similia, illata lapidea fieri Plin.
XXXVI, 17, scribit. SCHMID.

v. 170. Ἰερὰν) Ἡ ἰερὰ generale nomen antiquarum cer-
tarum confectionum selectissimarum, & in arcanis olim ha-
bitarum, quas ἰερὰς dixere propter miranda & prope di-
vina effecta, & quia propalandae, non erant. Sic ἰερὰ πι-
κρὰ Galeni, ἰερὰ πικρὰ Nicolai, a Nicolao quodam Me-
dico Alexandrino &c. Πίνων autem dicit, quia eiusmodi
electuaria liquoribus convenientibus dissolvi & potabiles
purgandis propinari solent. Etsi vero ἰερὰ substantive po-
nitur, intelligitur tamen ἢ ἀντίδοτος. Haec Er. Schmid. ad-
ditque, alios πικρὰν propter versum, intellecto ἰερὰν, legi
malle. Sed non prorsus opus credo, quia ἰερὰν anapaestus
tolerari potest, primam enim habet communem. Sed ἰερὰν
contractum longam. Non spernerem πικρὰν, si quis Cod.
accederet, tumque ἰερὰν ex interpretatione natum dice-
rem. REITZ.

v. 171. Ἄλλος ἐπ') Ἄλλος usque ad ὃ δὲ nothi. GUYET.
Ἰατρικὴν δὲ ἐπαφῆς vett. quibusdam in usu fuisse, passim
liquet. Ita de Aesculapio scribit Pindarus Pyth. Γ, quod ae-
grotos sanaverit, τοὺς μὲν μαλακαῖς ἐπαιδαῖς ἀμφέπων,
τοὺς δὲ προσάεα πίνοντας ἢ γυίοις περιάπτων πάντοθεν φάρ-
μακα, τοὺς δὲ τομαῖς. Sic Odyss. Γ, 457, Ulyssis ab apro

vulnerati ἐπαοιδῇ δ' αἷμα καλαινὸν ἔσχεθον. Et Athen. L. XIV scribit ex Theophrasto de Ἐνθουσιασμῶ, ischiadicis harmoniae musicae beneficio doloribus suis levari. Videatur Malchus in vita Pythag. & notae Rittershusii in eundem, & Etymol. in v. ἐπαοιδῇ. Exstat inter scripta Galeni hac de re opusculum; quod tamen nothum multis videtur. Et sunt adhuc hodie, qui eiusmodi ἱατρικὴν exercent. SCHMID.

ibid. Ἐπ' αἰδαῖς) Ἀν ἐπαοιδαῖς; i. e. ἐπωδαῖς. Et pro ἐπι-δετῶν, περιάπτων *amuletorum*. GUYET. Prius recte, nimis audacter posterius: atque si spurii sunt, quid opus est emendatione? sed ἐπιθέτων saltem scribendum erat, si ab adiectivo ἐπίδετος formatum est. At si substantivum ἐπιθέτης in usu est, recte ἐπιθετῶν & scriberetur, & optimus sensus prodiret, *alius cantationibus impostorum deluditur*. Haec olim adleveram: iam video, I. Gavel p. 425 f. Obs. Misc. anni 1739, ex Glossis afferre ἐπιθέτης *impostor*, & versum eodem modo exponere. Licet haud neget, ἐπιθέτων exponi posse ξένων τινῶν καὶ βαρβάρων ὀνομάτων, quorum praecipuum usum in incantationibus fuisse, exemplis probat. REITZ.

v. 172. Ἰουδαῖος) Erant ergo inter Iudaeos plani, qui Christianorum vera miracula imitari tentabant. SOLAN.

v. 173. Ἐλαβε) Lege ἔλαβε. Sed versus spurius videtur. Ἀν τῆς κρανείας; an a calva. Hesych. κράνη, κεφαλὴ. GUYET. Κρανείας non patitur versus. Κρανῆς conicit I. Gavel l. d. p. 426. Exponitque arborem *cornum*, monetque, interpretem de fonte accepisse, quasi esset pro κρήνης, quod etsi hic non verum, tamen non esse absurdum, cum & Xiphil. in Claud. p. 164 fontis ad podagram salubris in Campania meminerit. Clariss. editor P. d'Orville assentitur Guyeto, versus 170, 171, 172, 173, spurios esse, & absurdam repetitionem τοῦ λαβὼν & ἔλαβε, ac Ἰουδαῖος tribus syllabis enuntiatum minus sincerum; & cum v. 173 deberet ex sententiae nexu sequi, *Hic vero remedium capit ab aliis praestigiis vel impostoribus*, tentat an talis sententia inde exire queat legendo: Ὁ δὲ θεράπειαν ἔλαβε παρὰ τῆς κουράνης, i. e. Hic vero remedium cepit ab Alcorano. Aptissime, ait, *duae gentes supersticiosae & fallaces iunguntur. Notum autem, quae magna vis Alcorani Suratis & versibus & singulis sententiis ab Mahumetanis adscribatur, qui tamen non soli ex ritualibus suis libris remedium vel primi quaesivere; cum id udem illi Iudaei olim, & Graeci Latinique ex poetis praestulare conati fuerint. Alcoranus autem Graecis varie effertur. Κουράνιον, κόρραν, κουρα-*

vis, & forte sex aliis modis; & κράνς & κουράνς sono non adeo diversa. Ingeniose. Idque si receperis, ἔλαβε, non ἔλαβε, revocandum. REITZ.

ibid. Παρὰ τῆς κράνς) Probabilis admodum videtur conjectura Er. Schmid. παρὰ τῆς ὠράνς pro vulgato κράνς, quam proinde interpretando expressi. Κουράν, i. e. Alcoranus, quam somniavit aliquis in Miscell. Obs. Vol. X, p. 428, aliquot seculis iunior est Luciano. GESN. Sed dum spurii habentur, possunt satis recentes esse. REITZ. Bene fecisti, quod in viam me reduxisti, Reitzii humanissime. Non debebam somnium impingere ei, qui hic *Alcoranum* memorari vult; etsi tum nescierim esse virum, quem merito suo magni facio. GESN. in *Addend.* Παρὰ τῆς κράνς) *A fontibus, a thermis* explicatur vulgo; eas vero adhibitas podagris, docet Matthiol. L. V, c. 14. Horat. I, Ep. 15. Sed esset ita κράνς Doricum pro κρήνς at sic laborat verus, quia prior in κράνς perperam corripere, cum a Doricum pro n extra finem longum maneat, licet in fine corripiatur, ut φῶμα pro φήμη. Sic κρᾶν^υ pro κρήνη. Adde, quod Dorismo hic locus nullus, quod nusquam alibi eo utatur. Restitui itaque παρὰ τῆς ὠράνς. Est autem ἡ ὠράν, norante Hesychio, χειλιδόναν ὄρεσιν, *teffum* vel *nidus hirundinum*. Nam, ut Ant. Schneberger de medicam. contr. artic. dolores meminit ex Alex. Tralliano, hirundinum sanguis podagricos dolores mirifice lenit. Et ex Aëtio, urticae semen & hirundinis nidus cum sapa trita & illita fere idem praestant. SCHMID. Sed ordo videtur praestigias, non medicamentum requirere, & Dorismos habemus v. 98, 99, 101, & 194. REITZ.

v. 184. Ἄτην) Hom. II. T, 91. SOLAN. Idem notarat I. Gavel, addens etiam Nostrium in Imag. p. 19 ed. Graev. ubi καὶ μὴ κατὰ τὴν Ὀμήρου Ἄτην ἐκείνην, ἐπ' ἀνδρῶν κράτα βεβηκότα. Si cum Guyeto ponas εἶπ' post Ὀμηρος, scribendum εἰς propter spiritum δασύν, qui sequitur, quod Guyet. non animadvertit. BOIV. In edd. erat — ἢν εἶπεν Ὀμηρος, ἢδ' εἰμ' ἐγὼ, cumque Guyetum secutus semel invertissem illud εἶπ. Ὀμ. etiam ἢδ' omisi, iamque versus est iambicus purus. REITZ.

v. 185. Βαῖνουσ' ἐπ' ἀνδρῶν κράτα) Plane ad imitationem Homeri, II. T, 91:

Πρέσβα Διὸς θυγάτηρ Ἄτη, ἢ πάντας αἴται,

ὄλομένη, τῆς μὲν δ' ἀπαλοὶ πόδες· οὐ γὰρ ἐπ' οὔδει
 Πίλνεται, ἀλλ' ἄρα ἦγε κατ' ἀνδρῶν κράατα βαίνει. SCHMID.
ibid. Βάσεις — ἀπαλὰς) Quia ἐπ' οὔδει οὐ πίλνεται,
 non acquirit callum pedum. Exprimit simul mores cum
 suos, quod opulenti cohabitāt; tum suorum mystarum,
 qui quam mollissime incedunt, & ne incessu lapides offen-
 dant, maxime cavent. SCHMID.

v. 188. Εἶα) Hic est hortandi adverbium. Supra Aët. II,
 Sc. 1, fuit interiectio dolentis. Infra A. IV, Sc. 2, adver-
 bium concedendi, *sed esto*. SCHMID.

v. 190. Ἀδαμάντινον) I. e. *mentem invictam*, naturam me-
 dicamentis inexplugnabilem. SCHMID.

ibid. Κόρα) Blandiendo sic iam eam compellat, cum ipsa
 se fati annosam professā fuerit. Perinde est, ac si quis ve-
 tulam blandiens iuenculam nominat. SCHMID.

v. 193. Ὀλβιόφρον) Non quod opulentos faciat Podagra,
 sed quod opulenti cohabitēt. Sic Iuven. Sat. XIII *Locuples*
podagra nominatur. SCHMID.

v. 197. Ἐπίδεσμοχαρὲς) Ἐπίδεσμος, ligamen, id quo vul-
 nus obligatur. GUYET. Ἐπίδεσμοχαρὲς, gaudens fasciis obli-
 gari. Sinap. minus commode: gaudens nodis. Συναδροισμὸς
 dictiorum Dithyrambicarum πολυπλόκων, h. e. multiplicium
 compositionum sine exemplo antiquiorum audacius facta-
 rum, ioci causa more ebriorum prolatarum: quod Horat.
 IV, Od. 2, *per audaces nova Dithyrambos verba devolvere ap-*
pellat. SCHMID.

ibid. Κατακλινοβατὲς) Humiles lectos conscendens, quales
 Podagrici praecipue amant. SCHMID.

v. 200. Δοιδυκοφάβα) Quia tinnitus ex pistilli in mor-
 tario collisione podagris permolestus. Sinapius *offitremenda*,
 minus recte. SCHMID.

ibid. Γονυκλασαγρύπνα) Ita omnia, quae vidi, exempla
 habent, quasi a κλαίω, *ploro*, κλαύσω. Sed quid plora-
 tui cum genibus? Lege γονυκλασαγρύπνα, a κλάω *frango*,
 quod genua tantum non frangere videatur, & insomniam
 faciat ob dolores. Hinc Sinap. bene reddit, *Genufragaper-*
nox. SCHMID.

v. 201. Περιγονδυλοπρωρίλα) Ἀν περιγονδυλοπ. &c. Su-
 pra σφυροπρωσιπύρα. Πῶρος, humor crassus in articulis, to-
 phus. GUYET.

v. 204. Ἄκουε, ἔπος γὰρ) Mallem, Ἄκου', ἔπος γὰρ, bene
 monet I. Gavel. REITZ.

v. 209. Εἶδον ἡσυχον) Edd. priores inverse ἡσυχον εἶδον, contra omnem metri rationem; quod cum levi hac transpositione bene mutarit idem I. Gavel, lubens admisi. REITZ.

v. 211. Τῷδε) An Syri medici? de quibus infra. GUYET.

v. 213. Ὡς οὐκ ἔστι σὺν κράτος σβάσμιον) Guyetus recte vidit, οὐκέτ' pro οὐκ legendum esse. Editio Florentina habet, ὡς οὐκ ἔστι σὺν &c. Integrum ergo erit, Ὡς οὐκ ἔτ' ἔστι σὺν κράτος σβάσμιον. IENS.

v. 215. Διόπερ) Εἰρωνικῶς. GUYET.

ibid. Κραταιῶς) Κραταιῶ coniiicit I. Gavel. ut iungatur cum δεσμῶ, me non improbane: nam etsi vulgatum non absurdum, facile tamen ob sequens σ error nasci potuit. Sed quia non tanta murandi necessitas, quanta versu 209, nihil in contextu mutavi. REITZ.

v. 216. Πενπταῖος) Quintanus; (quo vocab. Plin. utitur: sicut πεμπταῖος πυρετός, febris quintana, quae quinto die recurrit.) Sic h. l. *quintanus venio*, est: quinto die post egressum redeo. SCHMID.

v. 222. Κορδυβαλλῶδες) Ἡ κορδύλη clava est vel fustis. Hinc κορδυβαλλῶδες πέδον pro κορδυλοβαλλῶδες, solum clavis coactum, pavementum, a paviendo, i. e. percutiendo. SCHMID.

v. 223. Σκληροῖσι) Sic interpunge. Σκληροῖσι, ταρσοῖς ἀντερεῖδον, κρούμασιν. Ordo πέδον ἀντερεῖδον τοῖς ταρσοῖς, σκληροῖσι κρούμασι. GUYET. Σκληροῖσι non ad ταρσοῖς pertinet, sed ad κρούμασιν. Suntque σκληροῖσι κρούμασι casus sexti, quo: ταρσοῖς autem dativus, cui. Sic Matth. V, 39, μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ, casus sextus est, non dativus. SCHMID.

v. 224. Ἰχρεσιν) Ἰχρεσ' coniiicit I. Gavel. Quod tamen minus necessarium credo. Sed quod v. 226 ὀξείσιν restituit, bene habet; idque ex Pell. iam receperam. Sed quod & λίθων eod. versu legendum monet, pro λίθον, id pleraeque edd. iam recte habebant. REITZ.

v. 230. Δι' ἧς) Subaudi ὁδοῦ. GUYET.

v. 231. Ἐκλυομένῳ) Ad emendationem doct. Gavellii, clar. d'Orville notat: ἐκλυομένῳ aperte in metri legem peccat. Ἐκκελυμένος abit ab Homericis profodia: sed affertur ex Athenaei L. IX, c. 5, τὸ δεῖπνον, ὁμῆς μεστές, ἐκκελυμένος. Adscripsit & Er. Schmid. Ἐκλυομένῳ suspectum, cum nec metro satis respondeat, nec praesens hic videatur requiri. Quid si legeretur ἐκκελυμένῳ; Quare non vereretur hoc admittere. REITZ.

v. 234. Τὰ μὲν γὰρ ἔνθεν, τὰ δ' ἐκείθεν ὀχήματα) Guyetus ἐνθενδε. Ego, omisso in τὰ δ' apostropho, lego, Τὰ μὲν γὰρ ἔνθεν τὰ δὲ ἐκείθεν ὀχήματα &c. IENS.

ibid. Ἐνθεν) Si ἐνθενδε cum Guyeto recipias, bene habebit metrum, nec opus fuerit emendatione Iensiana, cui tamen locum dedimus, quia minima mutatione a vulgato abit. I. Gavel in Miscell. Obs. an. 1739, p. 429, sic tentat — ἐνθεν, κ' αὖ τὰ δ' ἐκείθεν ὀχήματα, vel εἴθεν, τὰ δὲ μ' ἐκείθεν ὀχ. REITZ.

v. 237. Εἰσόδου πέζαν) Ad viam adiecta angusta semita, forte aliquantum elatior, in quam conserre se potest, qui plaustra in ipsa via vult evitare. Hanc πέζαν dictam putō, ut Germanis *Fußsteig*. Εἴσοδον hic non intelligebam, sed πέζαν ὁδοῦ. Itaque verti, ac si legeretur εἰς ὁδοῦ πέζαν στενὴν. GESN.

ibid. Πέζαν) Habebant omnia, quae vidi, exempla, πέζαν. Verum cum nullum nomen Graecis sit ἢ πέρα, substitui πέζαν. Est autem ἡ πέζα, *pes, planta pedis*; item *simbrina vestis*; item *extremitas, margo, limen*, ut hoc loco: ascendebam angustum limen introitus. SCHMID. Qualia exemplaria habuerit nescio; nostrae edd. πέζαν exhibent. REITZ.

ibid. Δόγματις ἔβαινον εἰσόδου) Εἰς ὁδὸν πέζαν στενὴν forte. Πέζαν, i. e. qua pedibus tantum iri potest. GUYET. Guyetus legit εἰς ὁδὸν. Atqui sensus sine correctione apertus est. Interim inquit, dum transirent currus, gressus oblique flexi, per angustum solum aditus cuiusdam. Nam πέζα est nomen substantivum, quo praeter cetera significatur solum, plaga, regio. Nec vero verbum βαίνειν exigit post se praepositionem: quippe eleganter dicitur βαίνειν ὁδὸν &c. BOIVIN.

v. 242. Ἀντισηκῶσαι) Ἀντισηκῶσαι est ad aequilibrium *rependere, paria facere*. Τὸ σήκωμα aequilibrium, vel potius id, quod librae apponitur ad aequilibrium faciendum. Vitruv. IX, 3, more Dorienſium *Sacoma* nominat. Etsi autem & verbale τὸ σήκωμα in usu est, ut & composita, ἀνασηκῶ, addo ponderi, quod deest; διασηκῶ, pondus manu aestimo; & hoc ἀντισηκῶ *rendo*: simplex tamen σηκῶ nondum a quoquam, quod sciam, inventum fuit. SCHMID.

v. 244. Ἐξῆς τριετίας) Sic τριῶν ἡμερῶν ἐξῆς. GUYET.

v. 251. Πρίαμος ποδάρκης) Hunc Podagra podagricum fuisse contendit, alludens ad nomen ποδάρκης pedibus celer, (unde ποδαρκεῖν apud Pind. Pyth. στ.) quasi per antiphras-

fin sic dictus fuisset. Est autem duplex huius versus explicatio: una, Πρίαμος ποδάρκης, ut sit appositio, κληίζεται ποδαγρός ὦν, h. e. Priamus alias Podarces dictus celebratur, quod fuerit podagricus. Ut ita τὸ ποδαγρός ὦν sequatur verbum κληίζεται ποδάρκης autem idem praecedat. Altera, Πρίαμος ποδαγρός ὦν, κληίζεται ποδάρκης, h. e. Priamus, cum podagricus esset, vocatur Podarces, sc. κατ' ἀντίφρασιν, ut dictum. Ut ita τὸ ποδαγρός ὦν praecedat verbum κλη— idque sequatur nomen ποδάρκης. Quae utraque expositio satis commoda; cum κληίζειν non tantum sit *celebrare*, sed & *appellare*. Etsi autem contra priorem excipi possit, Priami nomen demum inditum fuisse, quando a sorore Hecione ἐπρίατο ποδάρκης autem a prima pueritia dictus fuerit, antequam adeo ullum podagrae signum in eo apparuerit; & ita podarcae nomen fuerit prius nomine Priami, non contra: nil tamen obstat; Podagra enim suae causae inserviens potius ad nomen ποδάρκης alludit, quam historiae veritatem respicit. Vix enim dabitur ullus scriptor, qui Priamum podagricum affirmet. SCHMID.

ibid. 'Εκληίζεται) Vel κληίζεται, abiecto augmento, vel; quod praetulerim, ἐκλήζεται scribendum, aut certe per synecphonesin efferendum. Idem statue de κληίζεται in Ocyp. v. 134. GAVEL.

v. 252. Ἀχιλλεύς) Alludit ad fabulam. Achilles Stygis aqua mersus inviolabilis undique, nisi qua parte pede prehensum tenuerat mater Theris. Hic adaecta sagitta interfecit a Paride: sic *pede captus*. GESN.

ibid. Ἀχιλλεύς ποδαγρός) An quod vulneratus sit in talo? GUYET. Sine dubio illuc respicit. REITZ.

v. 253. Βελλεροφόντης ποδαγρός) An quia a Pegaso excussus, crus fortasse fregit? BOIVIN. Ex hoc casu claudum factum & caecum, vitamque melancholicam miserrime finisse, addit Schmid. videndumque Hom. Iliad. Z, & Pind. Isth. Z. REITZ.

v. 255. Πελοπίδων) Sex Pelopis filii celebrantur a Pind. Ol. A. Sed nomina eorum alii aliter produnt, ut ibi indicat Scholiast. SCHMID.

ibid. Πηλεϊδών) Qui ex Aërope Agamemnonem & Menelaum secundum quosdam suscepit. Vid. Apollod. III, p. 68. Prave autem antea scriptum erat Πηλεϊδών. Inter Pelopidas tamen ab Apollodoro non recensetur. SOLAN.

v. 256. Ποίαντος υἱός) Φιλκτῆτης. GUYET.

v. 257. Ἄλλος) Tres hi versus suspecti. GUYET. Non sunt Schmidio, qui ait: Fuit hic Podarces alter XL navium ad Troiam dux, de quo, ut & Protefilao, Hom. Il. B, 695 seqq. REITZ.

v. 260. Ἰθάκης ἀνακτα Λαερτιάδην Ὀδυσσεά) Metrum non constare, nisi legamus Λάρτιον τὸν Ὀδυσσεά, aut aliquid simile, ait Boivin. Sed priores duae in Λαερτιάδην per συνίησιν sunt una syllaba. IENS.

ibid. Λαερτιάδην Ὀδυσσεά) Contradicit igitur recentioribus poëris de morte Ulyssis, & confirmat, quæ Tiresias illi praedicit Odyss. Δ, 135, Γῆρα ὑπαί λιπαρᾷ moriturum. De spina turturis marini, s. patinacae piscis, qua interfecerit Telegonus patrem Ulyssē v. Graeci interpretes ad l. c. & laudati Barnesio. GESN. Λαερτιάδην) Metrum non constat, nisi legamus Λάρτιον τὸν Ὀδυσσεά, aut aliquid simile. Λάρτιος dicitur aliquando pro Λαέρτιος. Sophocl. in Aiace μαστιγῶν. Ἀεὶ μὲν, ὃ παῖ Λαρτίου, δέδορκά σε. BOIVIN. Λαρτίδην) Ita potius lego, quam Λαερτίδην, ad exemplum Sophocl. in Ai. Ὁ παῖ Λαρτίου. SCHMID. Parum abest, quin hoc in textum recipiam. REITZ.

v. 261. Ἄκανθα τρυγόνος) Τρυγὸν turtur marinus ob similitudinem alarum expansarum, quem Plin. IX, 48, patinacam vocari ait, ob colorem & figuram caudae: estque, ut idem IX, c. 24, 20 & 48, habet, piscis planus & latus, pinnas non habens, sed latitudine sua natans, pro spina habens cartilaginē, & super caudam eminentem radium acutum utrinque ferratum quincunciale, (i. e. quinque uncias de magnitudine pedis humani habentem) quo nihil est inter venena marina usquam execrabilius. Arborea enim, infixus, radicatus necat, armaque ut telum perforat vi ferri & veneni malum. Videatur & Rondelerius de piscibus XII, 1 & 2. Tali radio τρυγόνος Ulyssē interfectum scribunt historici. Podagra negat, & a se vi podagrica interemptum affirmat. SCHMID.

ibid. Τρυγόνος) Piscis. GUYET.

v. 262. Ὡς οὔτε χαίρουντες) Formulam loquendi paucis verbis egregie exposuit vir doctiss. T. S. H. S. (i. e. Tiberius Hemsterhusius) ad Xenoph. Ephes. Obs. Misc. Vol. VI, T. I, p. 343. Nosse v. 313, Οὐκ ἐπίσας ἔχον· aliaque hic non repetenda habet in iisdem Misc. Vol. X, I, pag. 430, l. Galvel. REITZ.

v. 264. ΙΑΤ.) I. e. ιατροί. GUYET.

ibid. Σύροι μὲν ἔσμεν) Fingit ex Syria oriundos duos illos medicos Damascenos: praecipue ut Iudaeos perstringat, quorum multi medicinam temere profiteri iam auctoris tempore fuere soliti. SCHMID.

v. 268. Ἐν ᾧ) I. e. δι' οὗ. Nota phrasin. GUYET. Ἐν ᾧ, pro δι' οὗ. Phrasis Hebraica. Dicunt enim Hebraei *in*, pro *per*. *Conteres eos in virga ferrea*, Psalm. 2. BOIVIN. Non tamen est phrasis Atticis insolita, de qua I. Gavel l. d. ait: Ἐν ᾧ. Ist est, δι' οὗ. Sic in Asin. p. m. 122, (c. 44) *ψεύδεται, ὡς τοθνηκὸς ἐν ταῖς πληγαῖς*. Anthol. I, c. 37, Epig. 14, *Κάτθανεν — οὐδ' ἐν βέλαι, ἀλλ' ἐνὶ σύκῳ*. Poëta de viribus herbar. v. 66, *Ἐκ κεφαλῆς πόνος ἐν ταύτῃ παραχρήμα μειοῦται*. Ubi forte legendum *καὶ κεφαλῆς*, ut v. 87. Nisi dictum sit ut in Ocyp. v. 95, *δειδὼν ἐκ ποδῶν παύσας πόνον*. Haec ille. Sed ut ἐν hic bonum, ita ἐκ in altero minime tentandum, quod Medicis proprium. De ἐν vid. si opus est, supra ad v. 110, *ἐθρέψατο ἐνὶ μαζοῖς*. Adde Diod. Sic. XIII, c. 37, *ἐν δ' εὐγενείᾳ καὶ πλούτῳ πρῶτος Ἀθηναίων*. Nisi tamen ibi malis ἢ δ' εὐγ — legere, ut sit anaphora, cum paulo ante praecefferit, *ἦν γὰρ καὶ λόγῳ δυνατώτατος*. REITZ.

v. 275. Δράσις) Notanda vox, quam ut dubia auctoritate nixam citat H. Steph. GAVEL.

v. 282. Πελάζετε) Πελάζω est *facio appropinquare*: ergo *πελάζετε* h. l. *facite appropinquare*, sc. vos ipsos. SCHMID.

v. 285. Πικρῶν ἰχθύων βάθος) Per *πικρῶν ἰχθύων* intelligit eos, qui sunt τῆς ὀξείας χολῆς, ideoque *πικρὸν* de natura bilis flavae vel acutae, & quem supra vocavit *πικρὸν χυμὸν χολῆς*. Τὸ βάθος h. l. *copia*. Copiosi enim acervi profunditas magna esse solet. SCHMID. Nos *πικρὸν* ob verbum recepimus. REITZ.

v. 287. ΠΟΝ.) Aut ita scribendum, ut distinguatur a Podagra, cui iam illud ΠΟ. assignatum est, aut *Βάσανοι* reponendum, quo nomine eos compellat Podagra. Hoc autem sola fecit B. 2. In reliquis enim est ΠΟ. SOLAN. *Βάσανοι* adscripserat Guyet. delete ΠΟ. Sic legi volens, quod supra praemissum erat: *Δεῦτε — Βάσανοι*. Sed cum *Πόνος* idem sit, & minus abeat ab scriptura edd. hoc praetuli. REITZ.

v. 293. Λιπῶσα γαῖαν) Per *γαῖαν* intelligit conversationem cum hominibus in terra. SCHMID.

v. 302. Μὴ τις ἐχίδνης) Sic Horat. in Epod. de allio, *Num viperinus hic cruor?* inde etiam desumisse videtur Lu-

cianus, quod de Centauri veste ait. Nam ibidem scripsit Horatius: *Nec munus humeris efficacis Hercules Inarfit aestuofus*. BOIVIN.

ibid. Τῆς ἐχίδνης) Τῆς pro τῆς reciperem, monente in schedis Guyeto, quia sic versus erit restitutus; primam autem in *ios* recte longam fieri, vid. apud Hom. II. A, 377. Sed cum & aliter possit emendari versus; legendo, Μὴ τῆς μ' ἐχίδνης, vel Ἡ μήτις, ut v. 78, Ἡ μήτις ὕμνος &c. cum Gavel. ideo nihil potius mutavi. Addit idem, respexisse Nostrium ad loc. Sophocl. in Trach. Ἐχθρᾶς ἐχίδνης ἰδὲ ὡς ἐδάϊντο. REITZ.

v. 303. Κενταύρου) Τοῦ Νέσσου. GUYET.

v. 304. Ἐλεαρ', ἀνασσα) Iam ad misericordiam & gratiam confugiant supplices Podagrae, quam iam reginam suam gratiosissimam agnoscunt, i. e. medicamentis insuperabilem fatentur, ideoque ei se subiiciunt, & ad solam eius misericordiam confugiunt. SCHMID.

v. 310. Ἀτερχτος) Τέγγειν irrigare est: hinc ἀτερχτος, non illinendus medicamentis. Sinapius reddit illacrimabilem, quae lacrimis non tingatur, s. ad misericordiam non flectatur. Minus bene, cum modo poenitentiam medicorum misertiam viderimus. SCHMID.

v. 311. Οὔτε Δίδε) Hexametra μέλουρα. GUYET. Bene monet, ne quis tentet posteriorem pedem emendare. REITZ.

ibid. Βρονταῖς Σαλμωνέος) De hoc Iovis fulminum imitatore vid. Strab. VIII, Eustath. ad Od. A, Serv. ad Virg. VI Aen. REITZ.

v. 312. Ψάλλοντι — βέλει) I. e. fulminis fuliginosi genere; vid. Aristot. L. III Meteor. 1; quod non incendit, sed atrantum fuligine inficit. Sed Homerus has fulminum distinctiones confundit (Odyss. Γ, 405, non invenio) H, 249, Ψ, 330. SCHMID.

v. 313. Σάτυρος Μαρσύας) Spondaicus μέλουρος. GUYET.

v. 314. Διγυΐ φαίρει) Stridule agitur. Φαίρειν enim inter alia etiam agitari signif. Est autem hypallage: pinus agitur circa cutem, pro cutis Marsyae suspensa ad pinum agitur circa eam, nempe in exemplum. SCHMID.

ibid. Πύθιος) Τοῦ πυ in Πύθιος hic corripitur. GUYET. Πίτυς) Parisina, licet πίτυς, pinus, cum vert. in textu servarit, cuius arboris in fabula Marsyae fit mentio, tamen Pythius Latine dedit, & inde Salm. id hausisse, Graecumque immutasse, fit verosimile; sed πίτυι cum Iensio in epist.

lectt. Luc. p. 391 inserta, omnino legendum, ubi & *ψαίειν* radere tentat, etsi *ψαίρειν* non improbat; quem vide. REITZ.

v. 317. *Μαιονία δ' Ἀράχνη*) Quia prima in *Ἀράχνη* brevis est, non recepi lectionem Scholiastae. Posset itaque vulgato succurri, apostrophum in *δ'* tollendo, & *δ'* rescribendo; tumque, si postremum *α* in *Μαιονία* pro longo acciperis, quia ortum ex antiquo *η*, (quippe *Μαιονία* Ionice & antiqua Attica dialecto scribitur) sanatus erit versus. Addit Schmid. utraque scriptio *ἡ Μαιονία* & *ἡ Μηονία* in usu est, teste Strab. L. XII & XIII, ac licet in *Μηονία* sub τῷ *η* inveniatur iota subscriptum, quiescens tamen illud iota est, ideoque Latinis etiam per *e* simplex exprimitur, parumque refert, scribasne *Meonia*, an *Maeonia*. REITZ.

v. 319. *Ὀργαίς*) *Ἡ ὄργη* non tantum ira est, sed & *τῆρος*, mos, item propositum, impetus, ut h. l. SCHMID.

v. 320. *Πύθιον*) Spondaeus *μείουρος*, τὸ *πυ* in *Πύθιος* hic producitur. GUYET.

v. 322. *Βραχυβλαβές, ἀνώδυνον*) Lego *βραχυβλαβές ἥδ' ἀνώδυνον*. *Ἡ ἰδύνη* dolor, inde *ὁ ἡ ἀνώδυνος* & *ἀνώδυνος*, ab *ἰδύνης* immunis. Scriptio utraque in usu: quam & verus Lexicographon probat, & locus praesens metri vi hanc per *o* postulat; tamen si Stephanus eam reiiciat. SCHMID. Si *ἀνώδυνον* secunda brevi scribere licet, quod quidem cum Schmidio credo, non male Guyeti coniectura haberet; nunc vero pessime. Sed forsitan est oblivio describentium, & ipse *ἀνώδυνον* quoque dedit. At quid opus est spondaeum quinta sede eiicere, quemque ipse agnovit v. 113, qui-que Homero aliisque frequentatur? *α* privativum autem plurimum esse longum in *ἀθάνατος* ac similibus, notissimum. REITZ.

v. 324. *Πολλὰ*) Imitatio finis Tragoediarum Euripidis multarum; vid. Med. SOLAN.

ibid. *Πολλὰ μορφαί*) *Ἀνάπαιστοι*. GUYET. Sumtum ex Euripidis *Androm.* (ait Gavel in *Misc.* saepe laudatis, pag. 431) ubi sic ille:

*Πολλὰ μορφαί τῶν δαμονίων,
Πολλὰ δ' αἰλπτῶς κραινοῦσι θεοί.
Καὶ τὰ δοκῆντ' οὐκ ἐτελέσθη,
Τῶν δ' ἀδοκῆτων πόνον εὗρεν θεός.
Τοῖον δ' ἀπέβη τόδε πρᾶγμα.*

Vid. etiam *Alcest.* & *Bacch.* in fin. Hinc seqq. versus, eie-
cta voce *συνναύκληροι*, hoc pacto restitui possent:

Τοὺς ποδαγροῦντας παραμυθεῖσθω

Ὅθεν εὐθύμως λήσσοιτε πόνων.

Vel si hoc nimis audax, aliter dirimendo septem postremos versus tentatos; vid. ibid. REITZ.

v. 327. Συμμαύκληροι) Eiusdem navis focii. Metaph. I. e. eidem morbo obnoxii. SCHMID.

v. 329. Εὕρεν) Lego εὕρε propter metrum. Εὕρε, invenis, i. e. invenire solet. SCHMID.

IN OCYPU M.

Pag. 23. l. 1. ΩΚΥΠΟΥΣ) Frigidum poema, & Luciano indignum. GUYET. Lucianum non agnosco. Inficetum & absurdum totum quantum est. SOLAN. Non puto esse Luciani, sed ab aliquo imitatore Tragopodagrae scriptum libellum. Certe argumentum non magis videtur hic praemissurus fuisse Lucianus, quam in Tragopodagra. GZSN.

Pag. 24. v. 1. Δεινὴ) Vid. Eurip. Hipp. 1 & seqq. SOLAN.

v. 6. Καὶ μὴ λεγ. ἀτρακὴ) Podagricos initio morbi nolle fateri morbum, sed vel talum distortisse, vel aliud quid praetexere, donec ambo pedes affecti confessionem extorqueant, belle etiam testatur Seneca, Epist. 53, p. m. 473. Ubi pro (morbo) qui utrosque pedes DEXTROS fecit, Vavalfor Obs. pag. 36 legit PEDES AEGROS. Possis & deteriores, quod propius ad literas accedit: sed forsan nihil mutandum; nam cum illico addatur, *neceffe est morbum fateri*, pedes dextri poterunt intelligi *sinceri*, non amplius mendaces. REITZ.

v. 9. Προκῶλας) Προσκῶλας legendum omnino, si ratio sensus habeatur. GUYET. Guyetus sensui medetur, non metro, cum legit προσκῶλας. Quid si legamus, ἦγε προσκῶλας βάσιν; BOIVIN. Quis cum Guyeto προσκῶλας legerit? Id enim esset versus corrumpere, non corrigere: nam προκῶλας iambum quarta sede, ut debet, efficit, & licet *allisum pedem* Micyllus verterit, unde forsan προσκῶλας in mentem venit Guyeto, nihilo tamen ad sensum deterius est προκῶλας, *promoveris gradum*, modo non ἐνσσεικῶς, ἢ cum edd. legas, sed ἐνσσεικῶς ἢ iunctim, & periphrasi usitata; cuius posterioris emendationis me admonuit doctiss. amittinus F. L. Abresch. eamque ita plane necessariam duxi, ut reciperem. REITZ.

v. 14. Θρίαμβος ἐμβαδάσταται) I. e. quasi in triumpho gestatur, deridetur. GUYET.

v. 15. Τῶν κακῶν) Malorum, quae facio. GUYET.

v. 17. Φρενῶν καθάπτεται) Haec molestia me tantopere urit, ut prae ira mentis vix compos sim. Vid. Foel. in Oecon. Hippocr. v. Ἀπτεσθαι. Conf. hic v. 23 & 26. GAVEL.

v. 24. Δόλον) Guyet. legit δόλον. Vulgata lectio magis placet. Notum omnibus, Dolonem fuisse πόδας ἀκύντατον. BOIVIN. Recte Guyet. δόλον, seu δόλον φρονεῖν γενναῖος, quippe qui egregie erat εἰς προφάσεις ἐξησκημένος, uti ex seqq. apparet. Neque enim nota persona hic in scenam producit, sed omnino ficta, unde merito Ὀκύντες nominis proprii vicem sustinet. GAVEL.

v. 25. Μέ τι) Hocce τι Guyeto forsan suspectum visum, quod μηδὲν praemissum id non admitteret. Frustra. Diod. Sic. XI, c. 45, ἄλλο μὲν μηδὲν — τι. Herodian. II, 5, 7, οὐδὲν τι κατεπτηχότος. Sic εἰς τις frequens Nostro aliisque. Vid. supr. Alex. c. 36 &c. & F. L. Abresch. animadv. ad Aeschyl. p. 190. REITZ.

v. 33. Ἰχνευόμενον) Ἰκνεύμενον legend. forf. i. e. νοσοῦντα. Hesych. ἰκνεῖται, ἔρχεται, νοσεῖ, καθάπτεται &c. ἰκνεύμενον pro ἰκνούμενον Aeolice, i. e. a morbo petitum, tentatum. GUYET. Optime hunc versum restituit Guyetus, sed pro ἰκνεύμενον mallet ἰκνούμενον, si quidem Dorismo hic locus nullus est. GAVEL. Bene, sed cur etiam cum Guyeto accentu mutato ter scribat ἰχνεύμενον, &c. cum edd. ἰχνευόμενον, causam non addit. Sed praestat Er. Schmidii observationem audisse: Hic locus, ait, in plerisque libris depravatus est, Κλεψίχολον πῶδα τιθεῖς ἰχνευόμενον, redditurque, & biliosum aegre movens captum pedem; quasi esset a χολῇ bilis, cum sit ex χολῆς claudus. Tum pro ἰχν— leg. ἰζευόμενον, claudicationes celantem, praecipue sub primos insultus podagrae; cum tamen trahant pedem ἰζευόμενον, visco captum. Ὁ ἴζος viscum, inde ἰζεύω visco capio, aves proprie: postea quocunque modo aucupor. Hinc ποὺς ἰζευμένος est pes visco captus, h. e. metaphorice, tarde & lente progrediens. Quis hoc non probaret? Cum in ipso podagrae etymo idem insit, a ποὺς & ἄγρα captura formato, quod pedes ut laqueo capiet. REITZ.

v. 37. Τείνω) Praeter τείνω nihil cum Guyeto mutavimus, punctum ponendum post βιάζεται. GAVEL. Illud punctum iam addidi. REITZ.

v. 38. Λέγειν) Στένειν leg. videtur, subaudito δ̄ πόνος. GUYET. Μεγειν vult cl. Bel. de Ball.

v. 39. Τὸ τῶν πονούντων ἔσχατον) Dolores extremi, i. e. acerrimi cum tempore veniunt, s. processu temporis dolores intenduntur. GUYET.

ibid. Στοιχεῖ χρόνῳ) Non intelligi a me istum versiculum, fateor. Interpretatus sum, ac si legeretur βραχεῖ χρόνῳ, quod quidem sententiae convenire, apparet. Alia quaestio est, an ita auctor dederit. GESN.

v. 45. Γογγύζων) Participium γογγύζων metrum aperte vitiat. Num ὄγκυλος γέρον, i. e. σέμνος, γαῦρος, teste Hesych. Senex dicitur v. 120, Κανχόμενος τὰ πάντα, μηδὲ ἐν σθένει. An potius τὸ γογγύζων glossema habendum τοῦ ὀγκολογῶν, quod hic olim lectum fuerit? Sane Hesychius, ὀγκολογῆσαι exponit γογγύσαι. GAVEL. Sed editor observ. Misc. anni 1739, p. 433, adiecit, forte ἀδύνατα γογγύζων γέρον, quo quidem versui minore negotio consulitur, sensui tamen mihi melior videtur in ἀδύνατος. REITZ.

v. 46. Μὴ τι) Μὴ σὺ forsan. GUYET.

v. 48. Ἐν ταῖς) Euripideum esse opinor. SOLAN.

ibid. Ἐν ταῖς ἀνάγκαις) Videtur interpres non intellexisse hunc versum. Sensus est: morbo subactus iuvenis, instar est senis. Per ἀνάγκας hic intellige τὰς τῶν νόσων ἀνάγκας. Ἀμφιβολίαν autem sic resolve: πᾶς νέος γέρον ἐστὶ, omnis iuvenis instar senis est. Est tamen & alius sensus: nempe, cogente necessitate, senes fungi iuvenum vice. BOIVIN.

ibid. Ἐστὶ νεός) Lege ἐστίν, recte ait I. Gavel. Sed id ex Fl. iam receperam. REITZ.

v. 49. Τὸ πέρας ἂν) Legend. videtur, τὰς χέρας ἂν ὑποσπᾶσω. Quid si, τὸ χέρ' ἢν ὑποσπᾶσω, vel τὴν χέρα &c. GUYET. Τὸ πέρας ferri non potest. Addi posset Guyeti coniecturis, γῆρας ἂν ὑποσπᾶσω, si senectutem meam, id est, senectutis meae opem tibi subtraxero; vel τὸν γέροντ' ἂν &c. BOIVIN. Omnino cum Guyet. legendum existimo τὰς χέρας, ex versu 170, Δέξασθε χεῖρας τὰς ἡμᾶς &c. GAVEL.

v. 52. Παρέπεται) Παρέσπεται mallet I. Gavel, vel προθυμία γὰρ γέρουσ' αὖτε παρέσπεται, nisi nimis a vulgato abiret. Sed recte earum observant. editor animadvertit: Παρέπεται deterius non videtur τῷ παρέσπεται, nec tribrachys deterior anapaesto. Secunda emendatio vim versui videtur illatura, nisi ultimam in προθυμία corripi posse ostendatur. Certe α in προθυμία longum est, aequae ac in φιλία similibusque,

quia id α ortum ex η antiquitus enim erat προθυμία, φι-
λία. REITZ.

v. 57. Ἔστειλα) Ἐσφηλα legendum videtur, pro ἔσφά-
λην autem usurpatum. Το ἔστειλα hic locum non habet.
GUYET. Versus duplici mendo laborat. Prima enim in
ἔστειλα contra metrum corripitur, secunda vero in συνε-
μίχθην producitur. Ita dedisse credo doctissimum I. Ga-
vel, licet inverso ordine excusa in Observatt. sint verba.
Additque: Guyetus corrigit ἔσφηλα, quod sensum quidem
expeditiorem facit, sed eodem tamen vitio laborat. Conii-
ciebam ἐνέσεισα, ex v. 9, vel, si liceret, σέσεικα, simplici
pro composito. Pro συνεμίχθην legendum videtur συνεμ-
μίχθην, sine augmento. Ad quae clar. editor rursus bene
monet: Commode pro συμμίγνυσθαι videtur subici decomposi-
tum συνεμμίγνυσθαι. Sed cur sine augm. legeretur, nescio. Συν-
εμμίχθην pari quant.que sede tribrachyn legitime efficit, & so-
lemne est librariis Latinis Graecisque secundam praepositionem ne-
gligere. Consulantur addenda ad Liban. Epist. DCCCXXVII,
p. 864. Sed pro ἔστειλα tentat vir cl. ἔτεινα, quod & mihi
in mentem venerat. Exemplisque id illustratum vid. in Obs.
p. 434. At Abresch. in animadv. ad Aeschyl. p. 242, emen-
dat ἔτειλα. Ac τέλλειν valere ἀνύεσθαι, τελειοῦν, auctori-
tatibus probat; quare hoc forsan praestat. REITZ.

v. 58. Πάλιν τρέχ'). Proverbiale videtur, quasi reme-
dium sit in simili malo iterum currere. Vid. Erasmi. prov.
denovo currere. GUYET. Interpretatus sum hanc lectionem,
πάλιν τρέχ', ὡς τις εἶπεν, ὃς καθήμενος πώγωνά τίλλει,
κουριῶν ὑπ' ὠλένης. Monet alumnum suum de praecepto in
tonstrina illi dato, qui pedem inter currendum luxaverat;
auctoremque ridicule signat. Hoc autem indicat, se tergi-
versationem illius sentire. GESN.

v. 59. Πώγωνα) De hoc versu Muretum legere operae
pretium est Var. Lect. XII, 17, qui in editione Proverbiorum
Florentiae facta comparere eum ait. SOLAN.

v. 60. Παρεμβολήν) Le croq en jambe, i. e. pedis interie-
ctus. GUYET.

v. 62. Ἴνα) Ἦν legendum. Ordo: Ποῖος στρατιώτης γέ-
γονας, ἦν σὺ πληγῆς βάλλον παρεμβολήν. GUYET.

v. 74. Ἀσπάζομαι) Non disputo, quid fuerit in autogra-
pho, sed sic reddidi, quasi fuisset, Ἀσπάζομαι σε πρὸς
θεῶν. Καὶ σὺν πάθος τί τοῦτο; λέξον, ὠκύπου, τάχ' ὥς μά-

Ἰω. Εἰ γὰρ τύχοιμι μαθὼν κ. τ. λ. GESN. Quid si binos hos versus hoc pacto legamus & distinguamus?

Ἀσπάζομαι σε, πρὸς θεῶν καὶ σὸν πάθος
Ποίον τι τοῦτο; λέξον, Ὀκύπου, τάχα.

Vel τί ἐστὶ τοῦτο, & λέξον Ὀκύπου σαφῶς, ut id respondeat sequentibus, εἰ γὰρ μάθοιμι, & μαθὼν γὰρ ἀλήθειαν. GAVEL.

v. 76. Τυχὼν, ἴσως) Male distinctio commatica ponitur inter duo adverbia τυχὼν ἴσως, quae coniungenda sunt, & πλεοναστικῶς poni solent, non secus atque αὐτὸ πάλιν. GAVEL. Cui obsecundavi, comma, quod post τυχὼν erat, ante id collocans. REITZ.

v. 78. Σωτήρ) V. Spanhem. 417. De Soteriche Asita ἐποποιῶ legimus apud Suidam (v.) qui carmine epico Pantheam laudavit; consule Suidam. SOLAN.

v. 79. Σάλλιγγος) Quasi τὸ, Σωτήριχος, σάλλιγγα ποτὲ; sit σάλλιγγος εἶδος. GUYET. Cur hic Soterichos Salpingis, id est, tubae, nomen habere dicatur, divinato non admodum facile est. Mihi in mentem venit Minerva Σάλλιγξ apud Pausan. Corinth. p. 122, 43. Est autem Minerva etiam ὕγεια f. sospita, v. g. Pausan. Att. p. 40, 11, & p. 60, 12. Ὑγεία denique eadem, quae σώτειρα. Meliora lubens discam. Versionis interea rationem reddidi. GESN.

ibid. Σωτήριχε) Sic λέμβος σωτήριχος in Anthol. L. II, c. 41, Ep. 4. Σωτήριχος est nomen proprium ap. Cinnam L. IV, p. 192. At σάλλιγξ quod eo nomine insigniatur, referendum fortasse ad τὸ ἀνακλητικόν. Max. Tyr. Serm. VI, καὶ καλὸν μὲν ἐν διώξει τὸ ἐγκλειστικόν, καλὸν δὲ ἐν φυγῇ τὸ ἀνακλητικόν. GAVEL.

v. 88. Ἐμβροχὴν) Irrigationem partis affectae, quae fit appositione lanae aut lini, liquore aliquo medicinali tincti. GUYET.

v. 89. Οὐ γὰρ στέγω) I. e. ferre non possum. GUYET.

v. 90. Εὐμορφίαν) Ἀμορφίαν legit interpres, (deformatatem reddens) sed τὸ εὐμορφίαν placet. Ordo, οὐ στέγω τὰ δεσμὰ, εὐμορφίαν ἀχρηστον &c. appositive. I. e. οὐ στέγω τὰ δεσμὰ τῶν ἐριδίων, ὅ ἐστιν εὐμορφίαν εἰς πολλοὺς καλὴν. τὸ μὴ στέγειν scil. i. e. τὸ μὴ ἔχειν, ἐστὶν εὐμορφία, καὶ τὸ ἔχειν δεσμὰ ἀμορφία, vulgi opinione. Sed fortasse τοῦ τρωφίως verba sunt, non Ocypodis aegroti. GUYET.

ibid. Εἰς πολλοὺς καλὴν) Εἰς πόδας κακὴν coniicit I. Ga-

vel, quod fasciis istis caput ornare decorum sit, pedes non item. Haud inepte profecto. REITZ.

v. 92. Γιγνώσκειν σε χεῖ) An γιγνώσκειν εὖ σε χεῖ; GAVEL. Noq. Nam longa est prima in γιγνώσκω, ut bene animadvertit observat. editor, (nec iuvat, si γιγνώσκειν substituas, quia & hoc primam habet longam) putatque se semel excidisse, legendumque: Ἄν γὰρ παρὰ σῃς μοί σε, γιγνώσκειν σε χεῖ. Παρέχειν σε τινι obviam locutionem esse. Sed confer Guyeti & Pelleti Codicis emendationem in variantt. notatam, & elige. REITZ.

v. 97. Ἡμιστρέγγυλον) An semicircularem? GUYET.

v. 98. Ἐξ, ἐξ) Interiectio, non verbum, ut interpres. GUYET.

v. 102. Ψευδῆς — ἀκήκοας ἔργων) Versus hicce misere est corruptus, omnique sensu destitutus. Ed. Basf. princeps & Isingrin. postrema verba ita ordinant, ὦν ἀκήκοας ἔργων neque dubito, quin hic ordo sit verus, adeoque praeferendus. Sed neque ita consultum est metro. Equidem existimo legendum: Ψευδῆς γὰρ ἔκλυε ὦν ἀκήκοας λόγων. Sic versus optime & sentus constat; idem enim est, ac si dixisset, ἐΨευδῆς γὰρ κλύων τῶν λόγων, ὦν ἀκήκοας. Vel pro Ψευδῆς legend. Ψευδῆς, aut Ψευδή, si pro λόγων malueris ἐπῶν. GAVEL.

v. 109. Καὶ πάντα φόβον λαβεῖν) Coniicit Guyet. καὶ πᾶντας φόβος λάβειν, quibus subdit Boivin. Si metri ratio habeatur, legendum esse πάντα. At ne sic quidem metrum constat, si quidem καὶ corripitur nequit, quod vir cl. existimasse videtur. Mallem scripsisset Guyetus, καὶ φόβος πάντας λάβειν, vel Boivin. πάντα καὶ φόβος λάβειν. Videndum tamen, possitne retineri φόβον & λαβεῖν. ita ut haec pendeat structura a duplici potestate particulae ὥς. GAVEL.

v. 111. Κρατῶν ἔξω) Legere possemus ex notissimo Graecae ling. idiotismo Δαίμων τάχα τις ἔξω κρατῶν ποδὸς μ' ἔχει. Verum haec mera est coniectura. GAVEL.

v. 112. Ἀνακαθήμενος) Non male legeretur ἀγκυθήμενος μόρος. GAVEL. Sed sine necessitate tamen. REITZ.

v. 115. Προσῆλθε) Προσῆλθε. GUYET.

v. 116. Ἐπ' ἐμοί) Ὁρνήων, τυρέσσων, εἴτ' ἐπ' ἐμοί αὐτὸν βάλεν, tentat I. Gavel. id tamen meram esse coniecturam professus. Sed d'Orville liberiore coniectura: Ὁρνήων, τυρέσσων (τ' ἀτρεκῇ) βάζων ἐμοί. At uni illi pedi posset quidem consuli, pro ἐπ' legendo ἐπί. Sed quinque tum mo-

do pedes erunt. Ideoque vox quaedam supplenda. REITZ.
v. 130. Καὶ νῦν &c.) Καὶ νῦν μὲν ἀκμὴν εἰς ποδῶν δεινῶς
ἔχει legi posse proponit I. Gavel. REITZ.

v. 132. Δακρύσεις) Ita etiam restitui iusserat I. Gavel;
cumque Pell. id habeat, facile obsecutus sum. REITZ.

v. 136. Ὡ, δέομαι) Ἄτομαι substituit I. Gavel, quo
verbo etiam usus est v. 155. Sed nulla urgente necessitate;
cum nec tribrachys nec anapaestus hic gnaros legis
iamborum offendent, ut editor observat. pag. 437 recte
monet. REITZ.

v. 145. Εἰς δεινὸν &c.) Εἰς δεινὸν ἦλθες ἀχώριστον πόνον
ποδὸς Guyet. legit, ut metrum restituat. At ne sic quidem
metrum constat. Spondeum enim in quarto pede eiusmodi
iambi stare non patiuntur. Legendum itaque: Εἰς δει | νὸν
ἦλ | δει. πόνον, | ἀχώ | ριστον | ποδός. BOIVIN.

v. 146. Πρόχολον) Gesnerus refert ad πόνον. Sed quid
fi ad me referatur? addit frater. REITZ.

v. 149. Μένει) I. e. manet te τὸ συμποδισθῆναι. GUYET.

v. 151. Μοι συμπάσχει) Lege μοι pro με, quod in li-
bris nostris erat. SOLAN. An legend. καί με συμπασχέιν κα-
κῶς; (συμπάσχειν voluit, credo) vel καὶ κακῶς μοι συμ-
παθεῖ, aut tandem, ὥς με συμπασχέιν κακῶς; quo perti-
net Amphidis dictum, quod refert Apostolius Cent. XIV,
Nº. 74, Ὅπου τις ἀλγεί, κείσε καὶ τὸν νοῦν ἔχει, ait I. Ga-
vel. p. Obs. saepe allegatar. 438. Verum Solani correctione-
nem servavi, etsi licentia in μοι corripiendo tum statuen-
da. REITZ.

v. 152. Πῶς ὄλος) Lege ὄλος, ait I. Gavel. An quia πῶς
praeceffit? Sed aliis non videbitur satis gravis causa. Et
ὄλος ac ὄλος in Luciano tam crebro promiscue habuimus,
ut pigeat alibi dicta repetere. Interim non male sensit;
nam ὄλος erat in Fl. ac P. H. quod servavi. REITZ.

v. 156. Εἴπερ τέχνη σὴ δύναται) Criticorum oculos ef-
fugit hic vers. licet laboret defectu semipedis, quod δύνα-
ται primam corripiat, probe monet editor Observ. Misc.
an. 1739, p. 438, legique posse docet, vel Εἴπερ τέχνη ἢ
σὴ &c. vel Εἴπερ τι τέχνη, vel Εἴπερ τέχνη τι σὴ δύνα-
ται. Parum abest, quin illud τι τέχνη edi curem, ita se
commendat. REITZ.

v. 163. Ἄφευκτον) Est asyndeton pro πάθος κακὸν καὶ
ἀφευκτον vel lege ἐς πάθος κακόν. GAVEL.

v. 164. Οὐ γὰρ) Ludit in duplici signif. vocis ποδάγρα.

Sumitur enim, ut notum est, vel, quemadmodum hoc versu, pro pedicula ferrea, quae hodieque maleficis hominibus occulte rendi solet, & feris bestiis. Suid. in v. Vel pro morbo articulari, uti versu ab hoc secundo, Δεινὴν δὲ καὶ κρυφαίαν (alludit iterum hoc vocabulo ad priorem vocis podagra significationem) εἰς πάντας κακὴν, quod nimirum non iam maleficos tantum, sed omnes sine ullo discrimine corripit. GAVEL.

v. 167. Ἦς οὐκ) Versus Euripidis. V. Orest. p. 1 & seqq. SOLAN. Ex Eurip. Or. init. & Iov. Trag. sub init. GAVEL.

v. 168. Αἱ, αἱ &c.) Verissime emendat frater, scribendum αἱ, αἱ, αἱ, αἱ, per diaeresin, & sic erit senarius, ut ceteri. REITZ. Ita igitur edi curavimus.

v. 169. Πόθεν μοι τρυπᾷ) Τρυπᾷ πόθεν μοι necessario corrigit I. Gavel. Sed mallem mutatione minore & structura faciliore, πόθεν τρυπᾷ μοι &c. Nam prima in τρυπᾷ communis videtur; brevis Aristophani in τρύπημα. Eip. 1233. longa Homero in τρυπῶ & in τρυπάνω, Odyss. I, 384 — 5. REITZ.

v. 171. Βαρχίους ὑπ' ὠλένας) Βαρχείους ἐπ' ὠλένας vult doct. I. Gavel. Sed Βαρχίους, in quo edd. nostrae consentiunt, defendit d'Orville ex Eurip. Cycl. 445, item 155, 428, 517, 519, aliisque etiam Latinis. De ὑπ' autem in ἐπ' mutando ego non contradicerem Gavellio, recte ibid. dicenti, praepositiones ὑπὸ, ἐπὶ, ἐπὶ perinde ac παρὰ saepissime permutari. Quod autem addit, supra in Afino 6. 47 idem factum esse, ac pro vulgato καὶ γὰρ σφόδρα ἡχθόμεν ἐπὶ τοῦ δεσπότης ἅμα καὶ λίχνος ἐαλωκώς, legendum ac distinguendum, καὶ γὰρ σφόδρα ἡχθόμεν, ὑπὸ τοῦ δεσπότης — ἐαλωκώς, disquiram in Addendis. Certe mutata distinctio placet; utrum vero ἐπὶ non aequè valere possit coram domino, ut alibi Luciano aliisque valer, videbimus. At ὑπ' hic stare potest, si novum subeundi verbum intelligas. REITZ.

IN EPIGRAMMATA.

I. v. 1. Ἐγραψ) I. P. d'Orville, cuius liberali beneficio nonnulla Luciani Epigrammata inedita sum nactus, quae deinde subiiciam, versionemque Grotii singulorum, (exce-

pto primo & ultimo) quam hic exhibemus, observationes etiam quasdam addiderat; quarum haec est prima: *Si Luciani hoc Epigramma, ut verosimile fit, maluerim ἔγραψα, ut de se Theocritus:*

Ἄλλος ὁ Χίος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος, ὃς τὰδ' ἔγραψα,

Εἰς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ Συρακοσίων.

Varierates Codicis Vaticanus & aliorum ab eodem excerptas necumque communicatas addidi. Ordinem autem Epigrammatum in edd. Luciani admodum perturbatum, ad Anthologiae seriem revocavi. REITZ.

v. 3. Διακριδὸν ἐστὶ) Scribendum videtur διακριτον a διακριτος, unde compos. ἀδιακριτος. A κρίνομαι κριτὸς *selektus*, Homero II. A, διακρίνομαι, διακριτος & ἀδιακριτος. GUYET. Emendatio τοῦ, διακριτον etiam adscribitur Menagio in ed. Graev. Verum adverbium interdum pro adiectivis poni, vidimus supra Philops. cap. 6, quibus addere possem Diod. Sic. XI, c. 7, συστάδην γὰρ οὐσης, aliaque similia, unde vulgatum διακριδὸν defendi queat. Adleverat & d'Orville: Menagius διακριτον scribendum autumat. Sed διακριδὸν recte se habet. REITZ.

II. Eis ἀσώτους) In Cod. Vaticano & aliis: Λουκιανῷ Σαμοσατέως τὸ ἐπικλὴν ἀθέου. D'ORVILL.

v. 1. Τὸν πατριδὸν) Totum hoc eodem modo legitur in Anthol. I, c. 9, p. 28. In *Fr. f. Wech.* p. 22, *Steph.* p. 13; exceptis tribus verbis, quae in variant. notavi. Quae autem Brodaeus atque Obfopoeus in ed. Francofurtana ad haec epigrammata exponenda adiecere, non semper eius sunt momenti, ut hic reperantur. E. c. quando addunt: *Thero. Menippi filius. ἐὼς suae. γαστρί. Plutarch. de Alexandro loquens: ἦν δὲ καὶ γαστρὸς ἐγκρατέστατος. Gregor. ὥστε μὴ σχολάζειν γαστρί, μηδὲ τοῖς ὑπὸ γαστέρα πάθεσιν. Mar- γουσσὴν. Venereae libidini. Πένιν κύμα. a naufragiis translatum. ἰδίους. bonis.* Haec pro specimine. Brodaeus tamen omnia, Obfopoei potissima deinde addemus. REITZ.

v. 4. Τειρόμενον) Τεινόμενον, typogr. vitium, pro τειρόμενον. Verum cum plura sint, ea non norabimus: satius est, ut non Luciani editionis, sed Anthologiae ex Stephani editione ratio habeatur. D'ORVILL. Ego tres alias Anthol. edd. iam ante contuli, & vitia nonnulla inde emendavi, ut ex adiectis variant. lect. apparet: iam tandem Stephani ed. quoque nactus beneficio eruditissimi C. de Pauw, ad eam cetera typothetarum vitia castigabo, quae

non semper operae est in variantibus meminisse. REITZ.

v. 6. Ἐπιμείλια) Lege ἐπὶ μείλια. GUYET. Et sic *Ald.* Itaque sic edi curavi, probante etiam Stephano in Thef. atque ostendente, Homeri imitationem esse, pro ἐπίδους μείλια, & desiderari auctoritatem certam, qua ἐπιμείλια iunctim scribendum demonstret. REITZ.

v. 7. Παρ' ἐλπίδας) Sic in melioribus edd. Sed in Cod. Vatic. περι φρένας, quod forte ex παρὰ φρένας sed tutius sequi vulgatam lectionem παρ' ἐλπίδας. D'ORVILL.

v. 11. Οὕτω) Οὕτως Cod. Vat. In hoc Cod. adicitur saepe haec & aliae literae, quae secundum canones abesse solent. D'ORVILL.

v. 13. Ἐδάκρυς) Sic & Anthol. edd. omnes. Lege ἐδάκρυσε. REITZ.

III. v. 1. Ὡς τεθνήσκουσιν) Anthol. I, *Lubin.* p. 33, *Franc.* 26, *Steph.* 15, quatuor hos vers. eod. modo. Ut autem supra, in Soloec. § 7, τεθνήξει improbatur propter ambiguitatem, qua dubium esset, secundaene sit personae a τεθνήξομαι, Attice formatae pro τεθνήξη, an vero tertiae a τεθνήξει, ut bene advertit etiam Abresch. anim. ad Aeschyl. p. 382; ita hoc τεθνήσκουσιν non tam est paulo post fut. passivum, cui in verbo absoluto locus non est, sed medium, a τεθνήκω. REITZ.

IV. v. 1. Θνητὰ) In uno Cod. Αουκυλίου, non Λυκιστοῦ esse perhibetur. In alio perhibetur Palladae, & sequens Epigramma:

Γῆς ἐτέβην γυμνός, γυμνός δ' ὑπὸ γαίαν ἄπειμι.

Καὶ τί μάτην μοχλῶ; γυμνὸν ὄρων τὸ τέλος.

Utrumque ego hoc distichon propter in verbis lufum cenfeo Lucilio vel Pallada dignius, quam Luciano. In primo autem ex ἀλλ' ἡμεῖς prior vox male omittitur in Vaticano. D'ORVILL. Θνητὰ &c.) Sic & Anthol. I, c. 13. Deinde sequitur eod. lib. p. 44 ed. *Lubini*, p. 32 ed. *Francos.* p. 20 *Steph.* aliud incerti, Ἀχρὶς ἂν ἦς ἀγάμος, Νουμνίε, — quod Luciani esse, viri cuiusdam docti manus appinxit; sed cum nesciam, quo argumento, id hic non addidi. Si tamen interea cognovero, id ex Cod. esse; postea etiam adiciam. REITZ.

V. v. 1. Τοῖσι μὲν) Anthol. I, c. 24, p. 70, *Fr.* 49, *Steph.* 32. REITZ.

ibid. Πᾶς) Ita & Cod. Vat. Sed ἅπας correxi in Vanno critica, p. 328. D'ORVILL.

VI. v. 1. Οὐχ ὁ ἔρως) Anthol. I, cap. 26, pag. 80, Fr. 55. REITZ.

VII. v. 1. Ὡκεῖται χάριτες &c.) Dixi in hunc sensum in poëmatibus meis Graecis, Epigrammate ad Guillelmum Lamonium, principem Senatus Parisiensis:

Ἡ χάρις ἐν καιρῷ μικρὴ χάρις ἐστὶ μεγίστη.

Καὶ ταχέως δύναι, ἐστὶ χάρις χάριτος. MENAG.

Eodem modo est in exemplari utroque Anthol. I, c. 30, p. 84, (al. 58) Steph. 39, nisi quod *κενὴ* duobus inclusum commatibus, quod imitatus sum. REITZ. In membrana Vaticana duobus locis hoc epigramma ceu ἀδηλον, s. sine certo auctore exhibetur. In vers. secundo in Cod. quodam *μηδὲ γένοιτο χάρις*. D'ORVILL.

VIII. v. 1. Φαῦλος) Anthol. I, p. 85, in maiore, p. 58, Steph. 40. REITZ.

IX. v. 1. Ἀνθρώπους) Anthol. p. 117, mai. 79, Steph. 55. *ibid.* Ποίησας) Ποήσας in Cod. Vatic. quod ferri potest. Sic passim Codd. & vet. Inscriptt. apud Muratorium, pag. MCCXXXII, 8, Gruter. MLXXXIX, ἐποίησε. D'ORVILL.

X. v. 1. Οὐδὲν &c.) Anthol. 132, mai. s. Francof. 91, Steph. 63. REITZ.

XI. v. 1. Ἀρρήτων &c.) Vid. I Anthol. c. 51. (maior. p. 103, Steph. 70.) Et Rittersh. p. 56, addidit Solanus consulendum REITZ.

ibid. Σφρηγὶς ἐπικεῖσθω) Theognis: Κύρνε, σοφισζομένω μὲν ἐμοὶ σφρηγὶς ἐπικεῖσθω τοῖς ἔπεισι — Herodot. καὶ τῆς Δήμητρος τελετῆς περὶ, τὴν οἱ Ἕλληνες θεσμοφóρια καλέουσιν, καὶ ταύτης μοι περὶ εὐστομα κείσθω. εὐφήμως εἰρήσθω. BROD.

